Saluũ me fac dñe quoniã defecit sctus: quoniã diminute sunt veritates a filiis hoim. Vana locuti sunt vnusqsq ad proximum suũ: labia dolosa in corde et corde locuti sũt. Disperdat dns

vniuersa labia dolosa: et linguam magniloquā. Qui dixerūt linguā nostrā magnificabimus: labia nostra a nobis sūt qs noster dñs est Propter miseriā inopū et gemitum pauperū: nunc exurgā dicit dñs. Ponā in salutari: fiduciali-ter agā in eo. Eloquia dñi eloqa casta: argentū igne examinatum: probatū septuplum. Tu dñe ser-uabis nos et custodies nos a ge-neratione hac in eternū. In cir-cuitu impij ambulant: secundum multitudinem tuaz multiplicasti filios hominum. Psalmus. xij.

USquequo dñe obliuiscēris me in finez: vsqz quo auertis faciē tuā a me. Quā diu ponā cō silia in anima mea: dolorē in cor-de meo per diē. Usqz quo exalta bitur inimicꝰ meus super me: re-spice et exaudi me dñe deus meꝰ Illumina oculos meos ne vnqz obdormiā in morte: ne quādo di-cat inimicus meꝰ prevalui adver-sus eū. Qui tribulant me exulta bunt si motꝰ fuero: ego aūt in mi-

sericordia tua speraui Exultabit cor meũ in salutari tuo: cantabo dño q̃ bona tribuit mihi et psallã nomini dñi altissimi. Psal. xiij.

DIxit insipiens in corde suo nõ est deꝰ. Corrupti ꝛ abominabiles facti sunt in studijs suis: nõ est qui faciat bonum nõ est vsq̃ ad vnũ. Dñs de celo prospexit super filios hominũ vt videat si est intelligẽs aut requirens deũ. Omẽs declinauerũt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ nõ est vsq̃ ad vnũ Sepulchrũ patens est guttur eorũ linguis suis dolose agebãt venenũ aspidũ sub labijs eorũ. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinẽ. Contritio et infelicitas in vijs eorũ et viam pacis non cognouerũt: nõ est timor dei ante oculos eorũ. Nõne cognoscent omnes qui operãtur iniquitatẽ: qui deuorãt plebẽ meã sicut escam panis. Deũ nõ inuocauerũt illic trepidauerũt timore vbi

non erat timor. Quoniã dñs in ghatione iusta est: cõsiliũ inopis cõfudistis quoniã dñs spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israel: cum auerterit dñs captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Psalmꝰ.xiiij.

Domine qs habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in mõte sctõ tuo Qui ingredit sine macula: z operat iustitiã Qui loquit veritatẽ in corde suo: q non egit dolũ in lingua sua Nec fecit proximo suo malũ et opprobriũ nõ accepit aduersus proximos suos. Ad nihilũ deductꝰ est in cõspectu eius malignus: timentes aũt dñm glorificat. Qui iurat proximo suo et non decipit qui pecuniã suã non dedit ad vsuram et munera super innocentes nõ accepit. Qui facit hec nõ mouebitur ineternũ. Psalmus.xv.

Conserua me dñe quoniã spe raui in te: dixi dño deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges. Sanctis qui sunt

in terra eius: mirificauit oēs vo-
lūtates meas in eis. Multiplica-
te sunt infirmitates eorū: postea
acceleraverūt. Non cōgregabo
cōuenticula eor̄ de sanguinibus
nec memor ero nominū eorū per
labia mea. Dñs pars hereditā-
tis mee ⁊ calicis mei: tu es q̄ resti
tues hereditatē meā mihi. Fu-
nes ceciderūt mihi in preclaris:
etenī hereditas mea preclara est
mihi. Benedicā dñm qui tribuit
mihi intellectū: insuper et vsq; ad
noctē increpuerūt me renes mei.
Prouidebā dñm in cōspectu meo
semper: qm̄ a dextris est mihi ne
cōmouear. Propter hoc letatus
est cor meū ⁊ exultauit lingua mea
insup ⁊ caro mea requiescet in spe.
Quoniā nō derelinq̄s aiam meā
in inferno: nec dabis sctm̄ tuū vi-
dere corruptionē. Notas mihi fe
cisti vias vite adimplebis me leti
tia cū vultu tuo delectatiōes i de
xtera tua vsq; in finē. Psalm. xvi

Exaudi dñe iustitiā meā: inten
de deprecationē meā. Auri

bus percipe orationē meā: nō in labijs dolosis. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant eq̄tates. Probasti cor meū & visitasti nocte igne me examinasti: et nō est inuēta in me iniq̄tas. Ut nō loquat os meū opera hominū: propter verba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea. Ego clamaui quoniaz exaudisti me deus: inclina aurē tuā mihi: & exaudi verba mea Mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperātes in te. A resistētibus dextere tue: custodi me vt pupillā oculi. Sub vmbra alarū tuarū protege me: a facie impioꝝ qui me afflixerunt. Inimici mei animā meā circumdederūt adipē suū cōcluserunt: os eorū locutū est superbiā Proiicientes me nūc circumdederūt me: oculos suos statuerūt declinare in terrā. Susceperūt me sicut leo paratꝰ ad predā. et sicut catulꝰ leonis habitās in abditis

Exurge dñe p:eueni eū ꝛ supplā
ta eum: eripe aiam meā ab impio:
frameā tuā ab inimicis manꝰ tue
Domīe a paucis de terra diuide
eos in vita eoꝝū: de absc̄ditis tu
is adimpletus est venter eoꝝum.
Saturati sunt filiis et dimiserūt
reliq̄as suas paruulis suis. Ego
aūt in tustitia apparebo cōspectui
tuo: saciabo: cum apparuerit glo
ria tua. Psalmus. xvii.

Diligam te domīe fo:titudo
mea dominus firmamētum
meum et refugium meum et libe=
rato: meus. Deus meus adiu=
to: meus: et sperabo in eū. Pro=
tecto: meus et co:nu salutis mee:
et suscepto: meus. Laudans in=
uocabo dominum: et ab inimicis
meis saluus ero. Circūdederūt
me dolo:es mo:tis: et to:rentes
iniq̄tatis cōturbauerūt me. Do=
lo:es inferni circundederut me:
p:eoccupauerunt me laquei mo:
tis. In tribulatiōe mea inuocaui
dñm et ad deū meū clamaui. Et
exaudiuit de tēplo sc̄tō suo vocem

meā: et clamor meus in cōspectu
eius introiuit in aures eius ☩ Com
mota est et cōtremuit terra: funda
mēta montiū cōturbata sunt ꝛ cō
mota sunt quoniam iratus est eis
☩ scēdit fumus in ira eius: ꝛ ignis
a facie eius exarsit: carbones suc
censi sunt ab eo. ☩ Inclinauit celos
et descēdit: et caligo sub pedibus
eius ☩ tascendit super cherubin
et volauit: volauit super pennas
ventorū. ☩ t posuit tenebras lati
bulū suū in circuitu eius: taberna
culū eius tenebrosa aqua in nubi
bus aeris. ☩ re fulgore in cōspe=
ctu eius nubes transierunt: gran
do ꝛ carbones ignis ☩ t intonuit
de celo dominus et altissimus de
dit vocem suam: grando et carbo
nes ignis ☩ t misit sagittas suas
et dissipauit eos: fulgura multi=
plicauit ꝛ cōturbauit eos. ☩ t ap
paruerunt fontes aquarum: et re
uelata sunt fundamēta orbis ter=
rarum ☩ b increpatione tua do=
mine: ab inspiratione spiritus ire
tue. ☩ misit de summo ꝛ accepit me

et assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab his qui oderũt me quoniã confortati sunt super me. Preuenerũt me in die afflictiõis mee: ⁊ factꝰ est dñs protector me us. Et eduxit me in latitudinem saluum me fecit qm̃ voluit me. Et retribuet mihi dñs secdm iustitiã meã: et secundũ puritatẽ manuũ mearũ retribuet mihi. Quia custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo. Quoniã oia iudicia eius in cõspectu meo: et iustitias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cũ eo ⁊ obseruabo me ab iniqtate mea. Et retribuet mihi dñs secundũ iustitiã meã: et secundũ puritatẽ manuũ mearũ in conspectu oculorũ eius Cũ sancto sanctꝰ eris: ⁊ cũ viro innocente innocẽs eris. Et cũ electo electus eris: et cũ peruerso peruerteris. Quoniã tu populũ humilem saluũ facies: et oculos superbos humiliabis. Quoniã tu illuminas lucernã meã dñe: deꝰ meꝰ

mamina tenebras meas. Quo-
niã in te eripiar a tentatione: z in
deo meo trãsgrediar murũ. De-
us meꝰ impolluta via eius eloqa
dñi igne examinata: protector est
oim sperãtiũ in se. Quoniã quis
deus ꝓter dñm: aut qs deus pre-
ter deũ nostrũ. Deus qui precin
xit me virtute: et posuit immacu-
latã viam meã. Qui perfecit pe-
des meos tanqꝫ ceruorũ et super
excelsa statuens me. Qui docet
manꝰ meas ad prelium: et posuisti
vt arcũ ereũ brachia mea. Et de
disti mihi protectionẽ salutis tue
et dextera tua suscepit me. Et di
sciplina tua correxit me in finem:
et disciplina tua ipsa me docebit
Dilatasti gressus meos subtus
me: et nõ sunt infirmata vestigia
mea. Persequar inimicos meos
et cõprehendã illos: et nõ cõuer-
tar donec deficiãt Confringã il-
los nec poterũt stare cadẽt subtꝰ
pedes meos. Et precinxisti me
virtute ad bellum: et supplanta-
sti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: et odientes me disperdidisti. Clamauerũt nec erat qui saluos faceret ad dñm nec exaudiuit eos. Et cõminuã eos vt puluerẽ ante faciẽ venti: vt lutum platearũ delebo eos. Eripies me de cõtradictionibus populi: cõstitues me in caput gentiũ. Populꝰ quẽ nõ cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi filij alieni inueterati sunt: et claudicauerunt a semitis suis. Viuit dñs et benedictus deus meus ⁊ exaltetur deus salutis mee. Deus q̃ das vindictas mihi et subdis pplos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltebis me: a viro iniquo eripies me. Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine: et nomini tuo psalmum dicam Magnificans salutes regis eius et faciens misericordiam christo suo dauid: et semen eius vsq; in seculum. Psalmus. xviij.

Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eiꝰ annunciat firmamentum Dies diei eructat verbū: ⁊ nox nocti indicat sciētiā Non sunt loquele neq; sermones quorū non audiantur voces eorū In omnē terrā exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorū In sole posuit tabernaculum suū et ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gy gas ad currendā viam: a summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summuz eius: nec est qui se abscōdat a caloze eiꝰ. Lex domini immaculata conuertens animas: testimoniū dñi fidele sa= pientiā prestans paruulis. Iusti tie dñi recte letificātes corda pre ceptū dñi lucidū illuminans ocu los. Timoz dñi sanctus perma= net in seculū seculi: iudicia dñi ve ra iustificata in semetipsa. Desi= derabilia super aurū ⁊ lapidē pre cioſum multum: ⁊ dulciora super mel et fauū. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis

retributio multa. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo. Si mei nō fuerint dñati tunc immaculatus ero: et emūdabor a delicto maximo. Et erūt vt cōplaceant eloquia oris mei: z meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus. Psalmus .xix.

Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxiliū de sctō: z de syon tueatur te. Memor sit omis sacrificij tui et holocaustum tuū pingue fiat. Tribuat tibi secundū cor tuū: z omne cōsiliū tuū cōfirmet. Letabimur in salutari tuo: et in noie dei nostri magnificabimur. Impleat dñs oēs petitiones tuas: nūc cognoui quoniā saluū fecit dñs xp̄m suū. Exaudiet illū de celo sctō suo: in potētatibus salus dextere eius. Hi in curribus z hi in equis nos aūt in noie dñi dei nr̄i inuocabimus. Ipsi obligati sunt z ceciderunt nos autē

surrexim⁹ et erecti sum⁹. Dñe
saluum fac regē: et exaudi nos in
die qua inuocauerim⁹ te. ps. xx.
DOmine in virtute tua letabi
tur rex: z super salutare tuū
exultabit vehemēter. Desiderīū
cordis eius tribuisti ei: z volūta-
te labioz̄ eius nō fraudasti eum
Quoniā p̄ueneisti eū in benedi
ctionibus dulcedinis posuisti in
capite eius coronā de lapide p̄e
cioso. Vitā petiit a te et tribuisti
ei: longitudinē dier̄ in seculū z in
seculum seculi. Magna est gloria
eius in salutari tuo: gloriā et ma-
gnū decorē impones super eum.
Quoniā dabis eū in bñdictionē
in seculū seculi: letificabis eum in
gaudio cū vultu tuo Quoniā rex
sperat in dño: z in mia altissimi nō
cōmouebit Inueniat manus tua
oibus inimicis tuis dextera tua;
inueniat oēs q̄ te oderūt. Pones
eos vt clibanū ignis in tpe vult⁹
tui dñs in ira sua cōturbabit eos:
et deuorabit eos ignis. Fructū
eor̄ de terra perdes z semē eor̄ a

filijs hominum. Quoniam decli
nauerunt in te mala cogitauerunt
consilia que non potuerũt stabili
re Quoniam pones eos dorsum
in reliquijs tuis preparabis vul
tũ eorũ. Exaltare domine in vir=
tute tua: cãtabimus et psallemus
virtutes tuas. Psalmus. xxi.

DEus deus meus respice in
me quare me dereliquisti:
longe a salute mea verba delicto=
rũ meorũ. Deus meus clamabo
per diẽ et nõ exaudies: et nocte et
nõ ad insipientiã mihi. Tu autẽ
in sancto habitas: laus israel In
te sperauerũt patres nostri: spera
uerũt et liberasti eos. Ad te cla=
mauerunt et salui facti sunt: in te
sperauerunt et non sunt confusi.
Ego aũt sum vermis z nõ homo
opprobriũ hominum et abiectio
plebis. Omnes videntes me deri
serũt me: locuti sunt labijs et mo=
uerũt caput. Sperauit in dño eri
piat eum: saluũ faciat eũ qm̃ vult
eũ. Quoniã tu es q extraxisti me
de vẽtre spes mea ab vberib9 ma

tris mee: in te p̃iect9 sum ex vte
ro. ✠ De ventre matris mee deus
meus es tu: ne discesseris a me.
Quoniã tribulatio p̃xima est:
quoniã nõ est q̃ adiuuet. Circun
dederunt me vituli multi: thauri
pingues obsederũt me. ✠ Aperue
rũt super me os suum sicut leo ra
piens et rugiens. ✠ Sicut aqua ef=
fusus sum: et dispersa sunt omnia
ossa mea. ✠ Factum est cor meum
tanq̃ cera liquescens: in medio
vẽtris mei. ✠ Aruit tanq̃ testa vir
tus mea ꝛ lingua mea adhesit fau
cibus meis: et in puluerẽ mortis
deduxisti me. Quoniã circunde
derũt me canes multi: cõsiliũ ma=
lignantium obsedit me. ✠ Fode=
runt manus meas ꝛ pedes meos
dinumerauerunt omnia ossa mea
Ipsi vero considerauerunt et in=
speexerunt me diuiserunt sibi vesti
menta mea: et super vestem meam
miserũt sortẽ. Tu aũt dñe ne elõ=
gaueris auxiliũ tuũ a me: ad defẽ
sionẽ meã cõspice ✠ Erue a framea
deus aiam meã: et de manu canis

vnicã meã ℣ alua me ex ore leõis
et a cornibus vnicornium humilita
tem meã ℟ arrabo nomẽ tuũ fra
tribꝰ meis: in medio ecclie lauda
bo te. ℣ ui timetis dñm laudate
eum: vniuersum semẽ iacob glori
ficate eũ. ℟ timeat eũ omne semẽ
israel: quoniã nõ sprevit neqꝫ de=
spexit deprecationem pauperis.
℣ec auertit faciẽ suã a me: et cũ
clamarem ad eum exaudiuit me.
℟ apud te laus mea in ecclesia ma
gna: vota mea reddã in cõspectu
timentiũ eũ. ℣ dent pauperes et
saturabũtur: ꝛ laudabũt dñm qui
requirũt eũ: viuent corda eorũ in
seculũ seculi. ℟ eminiscẽtur et cõ
uertẽtur ad dñm qui requirũt eũ
viuẽt corda eorũ in seculũ seculi.
℣ t adorabunt in cõspectu eius.
vniuerse familie gentiũ ℣ uoniã
dñi est regnũ: et ipse dñabitur gẽ
tium. ℟ anducauerũt ꝛ adorave
runt oẽs pingues terre: in cõspe
ctu eius cadẽt oẽs q̃ descendunt
in terrã. ℣ t anima mea illi viuet
et semen meũ seruiet ipsi. ℟ nnũ=

etabit dño generatio vētura ⁊ an
nūciabūt celi iustitiā ei9:populo
qui nascet quē fecit dñs. ps.xxij.
Dñs regit me ⁊ nihil mi-
hi deerit. in loco pascue ibi
me collocauit. Super aquā refe
ctionis educauit me: animā meā
cōuertit. Deduxit me super semi
tas iustitie: p9oter nomen suum.
Nam et si ambulauero in medio
vmbre mo9tis: non timebo mala
quoniā tu mecū es. Virga tua ⁊
baculus tuus: ipsa me consolata
sunt. Parasti in cōspectu meo mē
sam aduersus eos q tribulant me
Impinguasti in oleo caput meū
et calix meus inebriās q̄z p9ecla
rus est. Et miserico9dia tua sub-
sequetur me: omnib9 diebus vite
mee. Et vt inhabitē in domo dñi
in longitudinē dierū. Psal.xxiij.
Dñi est terra et plenitu-
do ei9: o9bis terrarū et vni
uersi q habitant in eo. Quia ipse
sup maria fundauit eū ⁊ super flu
mina ꝑparauit eū. Quis ascēdet
in mōtē dñi: aut q̄s stabit in loco

ſcto eius. Innocēs manib9 ⁊ mū
do corde: qui nō accepit in vano
aiam ſuā: nec iurauit in dolo pro-
ximo ſuo. Hic accipiet bñdictio-
nem a dño: ⁊ miam a deo ſalutari
ſuo. Hec eſt gñatio querentiū eū
querētiū faciē dei iacob. Attolli
te portas principes vr̄as ⁊ eleua
mini porte eternales: et introibit
rex glorie. Quis eſt iſte rex glo-
rie: dñs fortis ⁊ potēs dñs potēs
in prelio Attollite portas princi
pes vr̄as et eleuamini porte eter
nales: ⁊ introibit rex glie. Quis
eſt iſte rex glorie dominꝰ vr̄tutū
ipe eſt rex glorie. Psalmus. xxiiij

Ad te dñe leuaui aiam meam
deus meus in te confido nō
erubeſcam. Neq irrideāt me ini
mici mei: etenī vniuerſi qui ſuſti-
nent te nō cōfundentur. Confun
dantur omnes iniqua agentes ſu
peruacue. Vias tuas domine de
mōſtra mihī: et ſemitas tuas edo
ce me. Dirige me in veritate tua
et doce me qa tu es deus ſaluator
meꝰ: et te ſuſtinui tota die. Rem

niscere miserationū tuarū dñe: et
misericordiarū tuarū que a secu-
lo sunt. Delicta iuuentutis mee:
et ignorantias meas ne memine-
ris. Secundū miam tuā memen-
to mei tu: propter bonitatē tuam
dñe Dulcis ⁊ rect⁹ dñs propter
hoc legē dabit delinquētibus in
via Diriget māsuetos in iudicio
docebit mites vias suas Uniuer
se vie dñi misericordia et veritas
requirētibus testamentū eius et
testimonia ei⁹. Propter nomē tuū
dñe propitiaberis pctō meo mul
tū est enī Quis est homo q̄ timet
dñm: legē statuit ei in via quā ele
git. Anima ei⁹ in bonis demora
bitur: et semē ei⁹ hereditabit ter-
rā. Firmamentū est dñs timēti-
bus eū: et testimētū ipsi⁹ vt mani
festetur illis. Oculi mei semp ad
dñm: quīpe euellet de laqo pedes
meos. Respice in me et miserere
mei: qa vnic⁹ et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei mul-
tiplicate sunt: de necessitatibus
meis erue me. Vide humilitatē

mea et laborē meū: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniā multiplicati sunt et odio iniquo oderūt me. Custodi aiam meā et erue me: nō erubescā quoniā speraui in te. Innocentes et recti adhęserūt mihi: qa sustinui te. Libera deꝰ israł: ex oibꝰ tribulationibus suis. ps. xxv.

Iudica me dñe quoniaz ego in innocētia mea ingressus sum: et in dño sperās nō infirmabor. Proba me dñe ꝛ tēta me: ure renes meos et corꝫ meū. Quoniā mia tua ante oculos meos est ꝛ cō placui in veritate tua. Non sedi cū consilio vanitatis: et cū iniqua gerētibꝰ nō introibo. Odiui ecclesiā malignantiū: ꝛ cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas: et circunda bo altare tuū dñe. Ut audiā vocē laudis tue: et enarrē vniuersa mirabilia tua. Dñe dilexi decorem domus tue: et locū habitationis glorie tue. Ne perdas cū impijs deus animam meam: ꝛ cum viris

sanguinū vitā meā. In quoꝝ manib⁹ iniq̄tates sunt: dextera eoꝝ repleta est muneribus. Ego aūt in innocentia mea ingressus sum redime me et miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs bñdicā te dñe. ps. xxvj.

Dominꝰ illuminatio mea et salꝰ mea quē timebo Dñs protectoꝛ vite mee a quo trepidabo Dum appꝛopiāt super me nocētes: vt edāt carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderūt. Si cōsistāt aduersum me castra: non timebit coꝛ meum. Si exurgat aduersum me pꝛelium: in hoc ego sperabo. Unā petij a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi oibus diebus vite mee. Ut videā voluntatē dñi: et visitem tēplū eius. Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo in die maloꝝ: pꝛotexit me in abscōdito tabernaculi sui. In petra exaltauit me et nunc exaltauit caput meum: super inimicos meos.

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiã vociferationis: cantabo et psalmũ dicã dño. Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meũ exq̃siuit te facies mea: faciẽ tuã dñe requiram Ne auertas faciẽ tuã a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me neq̃ despicias me deus salutaris meus. Quoniã pater meus et mater mea dereliquerũt me: dñs autẽ assumpsit me. Legẽ pone mihi dñe in via tua et dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulãtium me: quoniã insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra viuentium. Expecta dñm viriliter age: cõfortetur cor tuũ & sustine dñm. Psalmus. xxvii.

Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: nequãdo tacebis a me et assimilabor descẽdentibus in lacũ. Exaudi dñe vocem

dēpcationis mee dum oro ad te:
dū extollo manꝰ meas ad templū
sanctū tuū. Ne simul tradas me
cum peccatoribus: et cū operāti
bus iniqtatē ne perdas me Qui
loquūtur pacē cum proximo suo
mala autē in cordibus eorū. Da
illis scōm opera eorū: et scōm ne
quitiā adinuentionū ipsorū. Se=
cundū opera manuū eorū tribue
illis redde retributionē eorꝝ ipīs
Quoniam nō intellexerūt opera
dñi: ꝛ in opa manuū eiꝰ destrues
illos et nō edificabis eos. Bene
dictꝰ dñs quoniā exaudiuit vocē
dēpcatiōis mee Dñs adiutor me
us et protector meꝰ: et in ipso spe
rauit cor meū ꝛ adiutꝰ sum. Et re
floruit caro mea: et ex voluntate
mea cōfitebor ei. Dñs fortitudo
plebis sue ꝛ protector saluationū
christi sui est. Saluū fac populuꝫ
tuū domine et benedic hereditā=
ti tue: et rege eos et extolle illos
vsqꝫ ineternum. Psalmus. xxviij.
Afferte domīo filij dei afferte
dño filios arietum. Afferte

dño gloriã et honorẽ: afferte dño gloriã nomini eius: adorate dñm in atrio sctõ eius. ℣ Vox dñi super aquas deus maiestatis intonuit: dñs sup aquas multas. ℣ Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificentia. ℣ Vox dñi cõfringẽtis cedros et confringet dñs cedros libani. Et cõminuet eos tanq̃ vitulum libani: et dilectus quẽadmodum filius vnicornium. ℣ Vox dñi intercidẽtis flammã ignis vox dñi cõcutientis desertum: et cõmouebit dñs desertũ cades. ℣ Vox dñi pparantis ceruos: ⁊ reuelabit cõdensa: et in templo eius omnes dicẽt gloriam. ℣ ñs diluuiũ inhabitare facit: et sedebit dñs rex ineternum. ℣ ominus virtutẽ populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. ℣ Psalmus. xxix.

Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. ℣ omine deus meus clamaui ad te: et sanasti me. ℣ ñe eduxisti ab inferno animã meã: saluasti me a descenden-

ntbus in lacū. Psallite dño sancti eius: et cōfitemini memorie sctitatis eius. Quoniā ira in indignatione eiꝰ: et vita in volūtate eius Ad vesperū demorabit fletus: et ad matutinū letitia Ego aūt dixi in abundātia mea: nō moueboꝛ in eternū. Dñe in volūtate tua: pstitisti decoꝛi meo virtutē Auertisti faciē tuā a me et factus sum cō turbatus. Ad te dñe clamabo: et ad deū meum deprecaboꝛ. Que vtilitas in sanguine meo: dum descendo in coꝛruptionē. Dūquid cōfitebitur tibi pulvis: aut annūciabit veritatē tuā. Audiuit dominus et misertus est mei: dñs factus est adiutoꝛ meus. Conuertisti planctū meum in gaudiū mihi: concidisti saccū meum: et circundedisti me letitia. Ut cantet tibi gloria mea et non cōpungar: domine deus meus ineternū confiteboꝛ tibi.

Psalmus. xxx.

In te dñe speraui nō cōfundar ineternū: in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurē tuam:

accelera vt eruas me. Esto mihi in deū protectorē: et in domū refugij vt saluū me facias Quoniā fortitudo mea et refugiū meū es tu: et propter nomē tuū deduces me et enutries me Educes me de laqo quē absconderūt mihi: quoniā tu es protector meus. In manus tuas cōmēdo spm meū: redemisti me dñe deus veritatis. Odisti observantes vanitates: supervacue. Ego autē in dño speraui: exultabo et letabor in misericordia tua. Quoniā respexisti humilitatē meā: saluasti de necessitatibus aiam meā. Nec cōclusisti me in manib9 inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. Miserere mei dñe qm tribulor: cōturbatus est in ira oculus meus: aia mea et vēter meus. Qm defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt. Sup oēs inimicos meos factus sū opprobriū vicinis meis valde: et timor notis meis. Qui

videbāt me foras fugierūt a me:
obliuioni datꝰ sum tanq̄ mortuꝰ
a corde. Factus sum tanq̄ vas
perditū: quoniā audiui vitupera
tionē multorū cōmorantiū in cir-
cuitu. In eo dū conuenirēt simul
aduersum me accipere aiam meā
cōsiliati sunt. Ego aūt in te spera
ui dñe: dixi deus meꝰ es tu in ma
nibus tuis sortes mee Eripe me
de manu inimicorū meorum: et a
persequētibus me Illustra faciē
tuā super seruū tuū saluū me fac
in misericordia tua dñe: nō cōfun
dar quoniā inuocaui te. Erube-
scant impij et deducātur in infer
nū: muta fiant labia dolosa. Que
loquūtur aduersus iustū iniqui-
tatē: in supbia et in abusiōe Quā
magna multitudo dulcedinis tue
dñe: quā abscondisti timentibus
te. Perfecisti eis qui sperāt in te
in conspectu filiorum hominum.
Abscondes eos in abscōdito fa-
ciei tue: a conturbatione homi-
nū. Prototeges eos in tabernacu-
lo tuo: a cōtradictione linguarū.

Benedictꝰ dñs quoniã mirifica uit miam suã mihi: in ciuitate munita. Ego aũt dixi in excessu mẽtis mee: proiectꝰ sum a facie oculorũ tuorũ. Ideo exaudisti vocẽ orationis mee: dũ clamarẽ ad te. Diligite dñm oẽs sancti eiꝰ: qm̃ veritatẽ requret dñs ꝛ retribuet abũdãter facientibꝰ superbiã. Viriliter agite ꝛ cõfortetur cor vestrũ oẽs q̃ speratis in dño. Psalmꝰ. xxxi.

Beati quorũ remisse sunt iniquitates: ꝛ quorũ tecta sunt pctã. Btũs vir cui nõ imputauit dñs pctm̃ nec est in spũ eiꝰ dolus Quoniã tacui inueterauerũt ossa mea dũ clamarẽ tota die Quoniaꝫ die ac nocte grauata est sup me manus tua: conuersus sum in erumna mea dũ configitur spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci. et iniustitiã meã nõ abscondi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiã meã dño: et tu remisisti impietatẽ peccati mei Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tẽpore opportuno Veruntamen in diluuio aquarũ

multarū: ad eū nō approximabūt
Tues refugiū meū a tribulatiōe
que circūdedit me exultatio mea
erue me a circūdantibus me. In
tellectū tibi dabo et instruā te in
via hac qua gradieris: firmabo
super te oculos meos. Nolite fie
ri sicut equus et mulus: q̄bus nō
est intellect9. In chamo et freno
maxillas eorū cōstringe: q̄ nō ap
proximant ad te. Multa flagella
peccatoris: sperantē autē in dño
misericordia circūdabit. Letamini in do
mino ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriami-
ni oēs recti corde. Psalm9. xxxij
EXultate iusti in domino: re-
ctos decet collaudatio. Cō
fitemini dño in cythara: in psalte
rio decē cordarū psallite ei. Cā-
tate ei canticū nouū: bene psalli-
te ei in vociferatiōe. Quia rectū
est verbū dñi: et omnia opera ei9
in fide. Diligit misericordiam ꝛ
iudicium: misericordia dñi plena
est terra. Verbo dñi celi firmati
sunt: et spiritu oris ei9 omnis vir
tus eorum. Congregās sicut in

vtre aquas maris: ponēs in the-
sauris abyssos. Timeat dñm om
nis terra ab eo aūt cōmoueantur
oēs inhabitātes orbē. Quoniaz
ipse dixit et facta sunt: ipse māda
uit et creata sunt. Dñs dissipat
cōsilia gētiū: reprobat autē cogi
tationes pplorū et reprobat cōsi
lia principū. Consiliū aūt dñi in
eternū manet: cogitationes cor-
dis eius in generatiōe et genera
tionē. Btā gens cuiꝰ est dñs de-
us eius: populꝰ quē elegit in he-
reditatem sibi. De celo respexit
dñs vidit oēs filios hoim De pa-
parato habitaculo suo respexit su
per oēs qui habitant terra. Qui
finxit sigillatim corda eorū: q in-
telligit oia opera eorū. Non sal-
uatur rex per multā virtutē: et gy
gas nō saluabitur in multitudine
virtutis sue. Hallax equus ad sa
lutē: in abundantia autē virtutis
sue nō saluabitur. Ecce oculi dñi
super metuentes eū: et in eis qui
sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorū ?

alat eos in fame. Anima nostra
sustinet dñm: quonīā adiutor et
protector noster est. Quia in eo
letabitur cor nostrū et in nomine
sctō eius sperauim9 Fiat miseri
cordia tua dñe super nos quēad=
modū sperauim9 in te. Ps. xxxiij.
BEnedicā dñm in omni tpe:
semp laus eius in ore meo.
In dño laudabit anima mea: au
diant māsueti et letētur. Magni=
ficate dñm mecū: et exaltem9 no=
men eius in idipm. Exqsiui dñm
et exaudiuit me: et ex oibus tribu
lationib9 meis eripuit me. Ac=
cedite ad eum z illuminamini: et fa
cies vestre nō cōfundētur. Iste
pauper clamauit et dñs exaudiuit
eū: et ex oibus tribulationib9 ei9
saluauit eū. Immittit angel9 dñi
in circuitu timentiū eū: et eripiet
eos. Gustate et videte quoniam
suauis est dñs: beat9 vir qui spe=
rat in eo. Timete dñm oēs sancti
eius: quonīā nō est inopia timēti
bus eū. Diuites eguerunt et esu
rierūt: inquirētes autē dñm non

minuent omni bono. Venite filii audite me timorē dñi docebo vos. Quis est homo q̄ vult vitā: diligit dies videre bonos. Prohibe linguā tuam a malo: et labia tua ne loquātur dolū. Diuerte a malo et fac bonū: inquire pacē et persequere eaz. Oculi dñi super iustos: z aures ei⁹ in preces eorū Vultus autē dñi super facientes mala vt perdat de terra memoriā eorum. Clamauerūt iusti et dñs exaudiuit eos: z ex oibus tribulationib⁹ eor liberauit eos Iuxta est dñs his q̄ tribulato sunt corde: et humiles spū saluabit. Multe tribulationes iustorū: z de omnibus his liberauit eos dominꝰ Custodit dñs oia ossa eorū: vnū ex his nō conteret. Mors peccatorū pessima: et qui oderūt iustū delinqnt. Redimet dñs aias seruorū suorū: et non delinquēt oēs qui sperāt in eo. Psalmꝰ. xxxiii.

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnātes me Apprehende arma et scutū: z exurge

in adiutoriū mihi. Effunde framea et cōclude aduersus eos qui persequunt me: dic aie mee salus tua ego sum. Confundātur et reuereantur: querētes animā meā. Auertātur retrorsum et confundant cogitātes mihi mala. Fiāt tanq̄ puluis ante faciē vēti et angelus dñi coartās eos. Fiat via illorū tenebre et lubricū: et angelus dñi persequēs eos. Quoniā gratis absconderūt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerūt animā meā. Veniat illis laqueus quem ignorant: et captio quā absconderūt apprehendat eos: et in laqueo cadāt in ipso Anima aūt mea exultabit in dño et delectabitur super salutari suo Omnia ossa mea dicēt: dñe quis similis tibi. Eripiēs inopem de manu fortiorū eius: egenū et pauperem a diripiētibus eum. Surgentes testes iniqui: que ignorabam interrogabāt me. Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem anime mee. Ego autē cum

mihi molesti essent: induebar cili
cio. Humilabā in ieiunio aiam
meā: et oratio mea in sinu meo cō
uertetur. Quasi proximū et qua
si fratrem nostrū sic complacebā
quasi lugens et cōtristatus sic hu
miliabar. Et aduersum me letati
sunt et conuenerunt: congregata
sunt super me flagella z ignorani
dissipati sunt nec cōpuncti: ten=
tauerūt me subsānauerūt me sub=
sannatione: frenduerūt super me
dentibus suis. Dñe quando re=
spicies restitue animā meā a ma=
lignitate eorū: a leonibus vnicaz
meā. Confitebor tibi in ecclesia
magna: in populo graui laudabo
te. Non supergaudeāt mihi qui
aduersant mihi inique: q oderūt
me gratis z annuūt oculis. Quo
mā mihi quidē pacifice loquebā=
tur: et in iracūdia terre loquētes
dolos cogitabāt. Et dilatauerūt
sup me os suū dixerūt euge euge
viderūt oculi nostri. Vidisti dñe
ne sileas: dñe ne discedas a me.
Exurge z intēde iudicio meo de

us meus: et domin⁹ meus iu causam meam Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus; et non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre: nec dicant deuorabimus eum. Erubescant et reuereantur simul qui gratulantur malis meis. Induantur confusione et reuerentia qui maligna loquuntur super me. Exultent et letentur qui volunt iustitiam meã: et dicant semper magnificetur dominus: qui volunt pacem serui ei⁹. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam tota die laudem tuam.

Psalmus. xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas et dolus noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo astitit omi vie nõ bone malitiam autem non odiuit

Domie in celo misericordia tua: et veritas tua vsq; ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines et tumenta saluabis dñe: quēadmodum multiplicasti misericordiaz tuam deus. Filij autē hominum in tegmine alarū tuarū sperabūt inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrēte voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Prorrogetende misericordiam tuā scientibus te: et iustitiam tuā his qui recto sunt corde. Non veniat mihi pes superbie et manus peccatoris nō moueat me. Ibi ceciderūt qui operātur iniquitatē: expulsi sunt nec potuerūt stare. Psalmus. xxxvi.

Noli emulari in malignātib9 neq; zelaueris facientes iniquitatē Quoniā tanq; fenū velociter arescent: quēadmodū olera herbarū cito decident. Spera in dño et fac bonitatem: et inhabita terrā: et pasceris in diuitijs eius

Delectare in dño ꝛ dabit tibi petitiones cordis tui. Revela dño viam tuã et spera in eo: et ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuã: et iudiciũ tuũ tanq̃ meridiẽ subditus esto dño et ora eũ Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: et in hoie faciẽte iniustitias. Desine ab ira ꝛ derelinque furorẽ: noli emulari vt malignaris. Quoniã qui malignant exterminabũtur sustinentes aũt dñm ipsi hereditabunt terrã. Et adhuc pusillũ et nõ erit peccator et queres locum eius et nõ inuenies. Mansueti aũt hereditabũt terrã; et delectabũtur in multitudine pacis Obseruabit peccator iustum: et stridebit super eũ dentibus suis. Dominus aũt irridebit eum: quoniã prospicit quod veniet dies eius. Gladiũ euaginauerũt peccatores: intenderũt arcũ suũ. Vt decipiãt pauperem et inopẽ vt trucidẽt rectos corde Gladius eorũ intret in corda ipsorum; et arcus eorũ confringatur

Melius est modicū iusto super di
uitias peccatorū multas. Quo-
niā brachia peccatorū conterētur
confirmat aūt iustos dñs. Nouit
dñs dies immaculatorū et hereditas eorū in eternū erit. Non con-
fundētur in tēpore malo: et in die-
bus famis saturabūtur: qa pecca
tores peribūt. Inimici vero dñi
mor vt honorificati fuerint et exal
tati deficiētes quēadmodū fumꝰ
deficient. Mutuabitur pctōr et nō
soluet: iustus aūt miseretur et tri
buet. Quia bñdicētes ei heredi-
tabūt terram: maledicētes aūt ei
disperibunt. A pud dñm gressus
hominis dirigētur: et viā eius vo
let. Cum ceciderit nō collidetur
quia dñs supponit manū suā. Iu
nior fui etenī senui et nō vidi iustū
derelictū: nec semen eius querēs
panē. Tota die miseretur et com
modat: et semē illius in bñdictio
ne erit. Declina a malo et fac bo
nū: et inhabita in scīm seculi. Quia
dñs amat iudicium et nō derelin
quet sctōs suos in eternū cōseruа

buntur. Iniusti punientur: et se-
men impiorū peribit. Iusti autē
hereditabunt terrā: et inhabita-
bunt in seculū seculi super eā Os
iusti meditabitur sapientiā: et lin
gua eius loquet iudiciū. Lex dei
eius in corde ipsius: et nō subplāta
būtur gressus eius. Cōsiderat pec
cator iustū et qrit mortificare eū.
Dñs aūt nō derelinquet eū in ma
nibus eius: nec dānabit eū cū iudi
cabit illi. Expecta dñm et custodi
viā eius: et exaltabit te vt hereditā
te capias terrā cū perierint pctō
res videbis Vidi impiū super ex
altatū: et eleuatū sicut cedros liba
ni. Et trāsiui et ecce nō erat: qsiui
eū et nō est inuētus locus eius. Cu
stodi innocētiā et vide eqtatē: qm
sunt reliquie hoi pacifico Iniusti
aūt disperibūt simul: reliquie im-
piorū interibūt. Salus aūt iusto
rū a dño: et protector eorū in tēpo
re tribulatiōis Et adiuuabit eos
dñs et liberabit eos et eruet eos a
pctōribus: et saluabit eos qa spe
rauerunt in eo. Psalmus. xxxvij.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me Quoniã sagitte tue infixe sunt mihi: et cõfirmasti super me manũ tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibus meis a facie peccatorũ meorũ. Quoniã iniq̃tates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onꝰ graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatꝰ sum vsq; in finẽ: tota die contristatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus et nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatꝰ sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtꝰ mea et lumen oculorũ meorum et ipsum nõ est mecum. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerũt et steterũt. Et q

iuxta me erant de longe steterunt
et vim faciebant qui querebãt ani
mam meã. Et qui inquirebãt ma
la mihi locuti sunt vanitates: et do
los tota die meditabantur. Ego
autem tanq̃ surdus non audiebã
et sicut mutus nõ aperiens os su=
um. Et factus sum sicut homo nõ
audiens et non habens in ore suo
redargutiones Quoniã in te do
mine speraui tu exaudies me dñe
deus meus. Quia dixi nequãdo
supergaudeant mihi inimici mei
et dũ commouẽtur pedes mei su=
per me magna locuti sunt. Quo=
niã ego in flagella paratus sum:
et dolor meus in cõspectu meo sem
per. Quoniã iniquitatẽ meã an=
nunciabo: et cogitabo pro pecca=
to meo. Inimici aũt mei viuũt et
cõfirmati sunt super me: et multi=
plicati sunt qui oderũt me inique
Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebãt mihi q̃m sequebar bo
nitatem Ne derelinquas me dñe
deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meũ: dñe

de9 salutis mee. Psalm9. xxxviij

DIxi custodiã vias meas: vt nõ deliquã in lingua mea. Posui ori meo custodiaz: cũ cõsisteret peccato2 aduersum me Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis: z dolo2 meus renouatus est. Concaluit co2 meũ intra me: et in meditatione mea exardescet ignis Locut9 sum in lingua mea: notũ fac mihi dñe finẽ meum Et numerũ dierũ meo2ũ quis est vt sciã quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanqz nihilũ ante te. Veruntamẽ vniuersa vanitas omnis homo viuẽs. Veruntamẽ in imagine pertrãsit homo: sed et frustra cõturbatur. Thesaurizat et ignorat cui cõgregabit ea. Et nũc que est expectatio mea: nõne dñs: et substãtia mea apud te est. Ab oñibus iniquitatibus meis erue me oppzobriũ insipienti dedisti me Obmutui z nõ aperui os meũ quoniam tu fecisti: amoue a

me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus propter iniquitatē corripuisti hoiem. Et tabescere fecisti sicut aranea aiam eius verūtamē vane cōturbat oīs homo. Exaudi orationē meā dñe et deprecationē meā: auribꝰ percipe lachrymas meas. Ne sileas quoniā advena ego sum apud te et peregrinus sicut oēs patres mei. Remitte mihi vt refrigerer: priusqꝫ abeam et amplius nō ero. ps.xxxix.
EXpectans expectaui dñm: et intendit mihi. Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos: et direxit gressꝰ meos Et immisit in os meū canticū nouū: carmē deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in dño. Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius: et nō respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis nō est qui similis

sit tibi. Annũciaui et locutꝰ sũm multiplicati sunt super numerum Sacrificiũ et oblationẽ noluisti: aures autẽ perfeciſti mihi. Holocaustũ et pro pctõ non postulasti tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptũ est de me vt facerẽ voluntatẽ tuã deus meus volui. et legẽ tuã in medio cordis mei. Annunciaui iustitiam tuã in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo dñe tu sciſti. Iustitiã tuam nõ abscondi in corde meo: veritatem tuã et salutare tuũ dixi. Non abscõdi miam tuã et veritatẽ tuã: a cõsiliq multo. Tu autẽ domine ne longe facias miseratiões tuas a me: mia tua et veritas tua semper suſceperunt me. Quoniã circũdederunt me mala quorũ non est numerus: cõprehenderunt me iniquitates mee: et nõ potui vt viderẽ. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meũ dereliquit me. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuandum me respice. Confundantur et re-

uereantur simul: qui querũt aiam meã vt auferãt eam. Conuertantur retrorsum z reuereant: qui volunt mihi mala. Erant cõfestim confusionẽ suam: qui dicunt mihi euge euge. Exultẽt et letentur super te oẽs querentes te: et dicant semp magnificetur dñs: q diligũt salutare tuũ. Ego autẽ mẽdicus sum z pauper dñs: solicit9 est mei Adiutor me9 z protector me9 tu es: de9 me9 ne tardaueris. ℣s. xl.

Beatus qui intelligit super egenũ et pauperẽ: in die mala liberabit eũ dñs. Dñs conseruet eũ et viuificet eũ: et beatũ faciat eũ in terra: et nõ tradat eum in aiam inimicorũ eius. Dñs opem ferat illi super lectũ doloris eius vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius Ego dixi domie miserere mei: sana aiam meã quia peccaui tibi Inimici mei dixerũt mala mihi: quãdo morietur et peribit nomen eius. Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur cor eius cõgregauit iniquitatem

sibi. Et grediebat foras: et loqle
batur in idipsum. Aduersum me
susurrabant oēs inimici mei: ad-
uersum me cogitabāt mala mihi.
Uerbū iniquū cōstituerūt aduer
sum me: nunqd qui dormit nō ad
iiciet vt resurgat Et teni homo pa
cis mee in quo speraui qui edebat
panes meos: magnificauit super
me supplantationē. Tu autē dñe
miserere mei et resuscita me: et re
tribuā eis. In hoc cognoui quo
niā voluisti me: qm nō gaudebit
inimic9 meus super me. Me autē
propter innocentiā suscepisti: et
confirmasti me in cōspectu tuo in
eternū. Benedict9 dñs de9 israel a
seculo et in seculū: fiat fiat Ps. xlj.

Quemadmodū desiderat cer
uus ad fontes aquaꝝ: ita de
siderat anima mea ad te deus. Si
tiuit aīa mea ad deū fontē viuum
quādo veniā et apparebo ante fa
ciē dei. Fuerunt mihi lachrymē
mee panes die ac nocte: dū dicit
mihi quotidie vbi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi in

me animaz meã: qñiã transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsqz ad domum dei. In voce exultationis et cõfessionis sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: z quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deꝰ meus. Ad meipsmm anima mea conturbata est propterea memor ero tui de terra iordanis z hermonij a mõte modico. Abyssus abyssum inuocat in voce catharactarum turaũ. Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt. In die mandauit dñs miam suã: et nocte canticũ eius. Apud me oratio deo vite mee: dicã deo susceptor meꝰ es. Quare oblitꝰ es mei et quare cõtristatus incedo: dũ affligit me inimicus. Dũ confringunt ossa mea exprobrauerũt mihi: qui tribulãt me inimici mei Dum dicunt mihi per singulos dies vbi est deꝰ tuꝰ quare tristis es anima mea: et quare cõturbas me. Spera in deo quoniã adhuc

cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. ℣ Psalmus .xlij.

IUdica me deus et discerne causam meã de gente nõ sctã ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti? quare tristis incedo: dum affligit me inimicus Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuam ipsa me deduxerunt ? adduxerũt in montẽ sanctũ tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Confitebor tibi in cythara deus deus meus quare tristis es anima mea: ? quare cõturbas me Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. ℣ Psalmus .xliij.

DEus auribꝰ nostris audiuimus: patres nostri annũciauerũt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorũ: et in diebꝰ antiquis. Manus tua gentes dispersit: ? plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos. Nec enim in gladio suo possiderũt terrã

et brachiū eorū non saluauit eos
Sed dextera tua & brachiū tuum
et illuminatio vultꝰ tui: qm̄ cōpla
cuisti in eis. Tu es ipe rex meus
et deus meꝰ: q̄ mandas salutes ia
cob. In te inimicos nostros ven
tilabimꝰ cornu: & in noīe tuo sper
nemꝰ insurgētes in nobis. Non
eni in arcu meo sperabo: et gladi
us meus nō saluabit me Saluasti
eni nos de affligētibus nos: & odi
entes nos cōfudisti. In deo lau-
dabimur tota die: et in nomīe tuo
cōfitebimur in secula. Nunc aūt
repulisti et confudisti nos: et non
egredieris deꝰ in virtutibꝰ nr̄is
Auertisti nos retrorsum post ini
micos nr̄os: et qui oderūt nos di
ripiebant sibi. Dedisti nos tanq̄
oues escarū: & in gētibus disper
sisti nos. Vendidisti populū tuū
sine precio & nō fuit multitudo in
cōmutationibus eorū. Posuisti
nos opprobriū vicinis nr̄is sub-
sannatiōnē et derisum his q̄ sunt
in circuitu nr̄o. Posuisti nos in si
militudinē gētibꝰ: cōmotionē ca

pitis in populis. Tota die verecũdia mea cõtra me est et cõfusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrãtis et obloquentis: a facie inimici et persequentis. Hec oia venerũt super nos nec obliti sumus te: et inique nõ egimus in testamento tuo. Et nõ recessit retro cor nostrũ: et declinasti semitas nras a via tua Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expãdimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requiret ista: ipse enim nouit abscõdita cordis. Quoniã propter te mortificamur tota die estimati sumus sicut oues occisionis. Exurge quare obdormis domie: exurge et ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis oblíuiscéris inopie nostre: et tribulatiõis nostre. Quoniã humiliata est in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra vẽter noster. Exurge dñe adiuua nos et redime

nos propter nomẽ tuũ. ps.xliiij.
Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi
Lingua mea calamus scribe velociter scribẽtis Speciosus forma
pre filijs hominuz diffusa est gra
in labijs tuis: propterea bñdixit
te deus in eternũ Accingere gla
dio tuo super femur tuũ potẽtissime. Specie tua & pulchritudine
tua intende prospere procede & re
gna. Propter veritatẽ & mãsuetudinẽ et iustitiã & deducet te mira
biliter dextera tua. Sagitte tue
acute ppli sub te cadent in corda
inimicorũ regis. Sedes tua deus
in seculũ seculi: virga directionis
virga regni tui Dilexisti iustitiã
et odisti iniqtatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie
pre cõsortib9 tuis Myrrha & gut
ta & casia a vestimentis tuis a domib9 eburneis: ex quib9 delectauerũt te filie regũ in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in
vestitu deaurato circũdata varietate. Audi filia et vide et inclina

surē tuā: et obliuiscere populum
tuū et domū patris tui. Et cōcu-
piscet rex decorē tuū quoniā ipse
est dñs deus tuꝰ et adorabūt eū.
Et filie tyri in muneribus: vultū
tuū deprecabunt oēs diuites ple
bis. Omnis gl̄ia eius filie regis
ab intus in fimbrijs aureis circū-
amicta varietatibus. Adducent
regi virgines post eam: proxime
eius afferentur tibi. Afferentur
in letitia et exultatione: adducen
tur in tēplū regis Pro
patribus
tuis nati sunt tibi filij: constitues
eos principes super oēm terram
Memores erūt nominis tui dñe:
in omni gnatione et generationē.
Propterea popu'i cōfitebuntur
tibi in eternū et in seculū seculi. ps. xlv

DEus noster refugiū et vir-
tus: adiutor in tribulationi
bus que inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dum
turbabitur terra: et transferētur
montes in cor maris Sonuerunt
et turbate sunt aque eor: cōturba
ti sunt mōtes in fortitudine eius.

larentur: et de necessitatibus eor
eduxit eos. Et statuit procellam
ei9 in aurā: et siluerūt fluctus ei9
Et letati sunt quia siluerūt: et de-
duxit eos in portū voluntatis eo
rū. Confiteantur dño mie eius: z
mirabilia eius filijs hoim. Et ex
altēt eū in ecclesia plebis: et in ca
thedra seniorū laudēt eū. Posuit
flumina in desertū: et exitus aqua
rū in sitim. Terrā fructiferam u

salsuginē: a malitia ihabitātiū in eaq; posuit desertū in stagna aquarū: z terrā sine aqua in exitū aquarū. Et collocauit illic esuriētes: et cōstituerūt ciuitatē habitationis Et seminauerūt agros z plātauerūt vineas: z fecerunt fructū natiuitatis. Et bñdixit eis z multiplicati sunt nimis: z iumēta eorū non minorauit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorū z dolore. Effusa est cōtentio sup principes: et errare fecit eos in inuio et nō in via. Et adiuuit pauperē de inopia: z posuit sicut oues familias Videbūt recti z letabunt: z oīs iniqtas opīlabit os suū. Quis sapiēs z custodiet hec: z intelliget miās dñi. ps. cvij

Paratū cor meū deus paratū cor meū: cantabo et psallā in gloria mea. Exurge gla mea exurge psalteriū z cythara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in populis dñe: z psallā tibi in nationib9 Quia magna est super celos misericordia tua: et vsq; ad nubes

veritas tua. Exaltare sup celos deus et sup oēm terrā gloria tua vt liberent dilecti tui. Saluū fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo Exultabo et diuidā sichimā: et conuallē tabernaculorū dimetiar. Meus est galaad et meus est manasses: et effraim susceptio capitis mei Iuda rex meus: moab lebes spei mee In idumeā extendā calciamentū meū: mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitā quis deducet me vsq; in idumeā. Nōne tu deus qui repulisti nos: et nō exibis deus in virtutib9 nostris. Da nobis auxilium de tribulatione quia vana salus hominis In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilū deducet inimicos nostros. ps.cviij.

Deus laudē meā ne tacueris quia os peccatoris ⁊ os dolosi super me apertū est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonib9 odij circundederūt me et expugnauerunt me gratis

Pro eo vt me dilige rẽt detrahe-
bant mihi: ego aũt orabã. Et po
suerũt aduersum me mala pro bo
nis: et odiũ pro dilectione mea.
Constitue super eũ peccatorẽ: et
diabolus stet a dextris eius. Cũ
iudicat exeat condẽnatus et ora
tio ei9 fiat in peccatũ. Fiãt dies
eius pauci: et episcopatũ ei9 acci
piat alter. Fiãt filij eius orpha-
ni: et vxor eius vidua. Dutãtes
transferãtur filij eius et mẽdicẽt
et eiciant de habitationib9 suis.
Scrutetur fenerator oẽm substã
tiam eius: et diripiãt alieni labo
res eius. Non sit illi adiutor nec
sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in
generatione vna deleatur nomen
eius. In memoriã redeat iniqui
tas patrũ ei9. in conspectu dñi: et
peccatũ matris eius nõ deleatur
Fiant cõtra dñm semp: et dispe-
riũt de terra memoria eorũ: pro
eo quod nõ est recordatus facere
miam. Et persecutus est hominẽ
inopẽ & mẽdicũ & cõpunctũ corde

mortificare Et dilexit maledictio
nem et veniet ei: et noluit benedi=
ctionem ꝛ elongabitur ab eo. Et
induxit maledictionē sicut vesti=
mentū ꝛ intrauit sicut aqua in in=
teriora eiꝰ et sicut oleū in ossibus
eius. Fiat ei sicut vestimētū quo
operit: et sicut zona qua semp pre
cingitur. Hoc opus eorū qui de=
trahunt mihi apud dñm: et q̄ lo=
quūtur mala aduersus aīam meā
Et tu dñe fac mecū ꝓpter nomen
tuū: quia suauis est misericordia
tua. Libera me q̄a egenus ꝛ pau
per ego sum: ꝛ cor meū conturba
tum est intra me Sicut vmbra cū
declinat ablatꝰ sum: ꝛ excussus sū
sicut locuste. Genua mea infirma
ta sunt a ieiunio: et caro mea im=
mutata est propter oleū. Et ego
factus sum opprobriū illis: vide=
runt me et mouerunt capita sua.
Adiuua me dñe deus meꝰ: saluū
me fac propter miam tuā. Et sci=
ant quia manus tua hec. et tu dñe
feciſti eam. Maledicent illi et tu
benedices: q̄ insurgunt in me cō=

fundantur: seruus autē tuus leta bitur. Induantur qui detrahūt mihi pudore: et operiantur sicut dyploide cōfusione sua. Confite bor domino nimis in ore meo: et in medio multorū laudabo eum. Qui astitit a dextris pauperis: vt saluum faceret a persequentibus animā meam. Psalmus. cix.

DIxit dñs dño meo sede a dextris meis Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedū tuorū. Virgaz virtutis tue emittet dñs ex syō: dñare in medio inimicoꝝ tuorū. Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribꝰ sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit dñs et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech Dñs a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges Iudicabit in nationibꝰ implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multoꝝ. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Psalmus. cx.

Confitebor tibi dñe i toto cor de meo: in consilio iustorũ et cõgregatiõe. Magna opera dñi: exquisita in oẽs voluntates eius Confessio et magnificẽtia opus eius: et iustitia ei⁹ manet in seculum seculi. Memoriã fecit mirabilium suorũ: misericors et miserator dñs: escã dedit timentibus se. Memor erit in seculũ testamenti sui: virtutẽ operũ suorũ annunciabit populo suo Ut det illis hereditatẽ gẽtiũ: opera manuũ ei⁹ veritas et iudicium. Fidelia oñia mandata ei⁹ confirmata in seculũ seculi: facta in veritate ⁊ equitate Redemptionẽ misit dñs populo suo: mandauit in eternũ testamentum suum. Sanctũ et terribile nomen eius: initium sapiẽtie timor dñi. Intellectus bonus omnib⁹ facientibus eũ: laudatio eius manet in seculum seculi. ps. cxi.

Beat⁹ vir q̃ timet dñm: in mãdatis eius volet nimis. Potens in terra erit semẽ ei⁹ generatio rectorũ benedicetur. Gloria

et diuitie in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi. Ex ortū est in tenebris lumen rectis misericors et miserator et iustus Iocundus homo qui miseretur et commodat disponit sermones suos in iudicio: quia in eternū nō cōmouebit. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. Paratū cor eius sperare in dño: cōfirmatū est cor eius nō cōmouebitur: donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus; iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur: dentibus suis fremet et tabescet: desideriū peccatorū peribit. Psalmus. cxij.

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sit nomen dñi benedictū: ex hoc nunc et vsqz in seculum. A solis ortu vsqz ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus super oēs gentes dñs et super celos gloria eius Quis sicut dñs deus noster qui in altis

habitat;et humilia respicit in ce=
lo z in terra. Suscitãs a terra ino
pẽ:et de stercore erigẽs pauperẽ
Ut collocet eum.cũ principibus
cũ principibus populi sui. Qui
habitare facit sterilem in domo:
matrẽ filiorũ letantẽ. ps.cxiij.
In exitu israel de egypto: do
mus iacob de populo bar=
baro. Facta est iudea sanctifica
tio eius:israel potestas eius Ma
re vidit et fugit:iordanis conuer
sus est retrorsum. Montes exul=
tauerũt vt arietes: et colles sicut
agni ouium. Quid est tibi mare
quod fugisti: et tu iordanis quia
cõuersus es retrorsum. Montes
exultastis vt arietes: et colles si=
cut agni ouiũ. A facie dñi mota
est terra: a facie dei iacob. Qui
cõuertit petrã in stagna aquarũ:
et rupem in fontes aquarũ. Non
nobis dñe non nobis:sed nomini
tuo da gloriã. Super misericor=
dia tua et veritate tua:nequando
dicãt gẽtes vbi est deꝰ eorũ. De
us aũt noster in celo oia quecũq;

volũit fecit. Simulachra gentiuz argentũ et aurũ opera manuũ hominũ. Os habẽt et nõ loquentur oculos habẽt et nõ videbũt. Aures habent et non audient: nares habent et nõ odorabunt. Manus habent et nõ palpabũt pedes habent et non ambulabunt non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciũt ea: et omnes qui cõfidunt in eis. Domus isra el sperauit in dño adiutor eorũ et protector eorũ est. Domꝰ aaron sperauit in dño: adiutor eorum et protector eorũ est. Qui timẽt dominũ sperauerũt in dño: adiutor eorũ et protector eorum est. Dñs memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui israel: bñdixit domui aaron. Bñdixit omnibus q̃ timẽt dñm pusillis cũ maioribus Adiuciat dñs super vos sup vos et sup filios vros. Bñdicti vos a dño: q̃ fecit celũ et terrã Celum celi dño: terrã aũt dedit filiis hominũ. Nõ mortui laudabunt te dñe: neq̃ oẽs qui descen-

dunt in infernū. Sed nos qui vi=
uimus benedicimus dño: ex hoc
nunc et vsq; in seculū. Ps.cxiiii.
DIlexi quoniā exaudiet dñs
vocē orationis mee. Quia
inclinauit aurē suā mihi: et in die
bus meis inuocabo. Circumde=
derūt me dolores mortis: et peri
cula inferni inuenerunt me. Tri=
bulationē et dolorē inueni: et no=
men dñi inuocaui. O dñe libera
animā meā misericors dñs et iu=
stus: et deus noster miserek. Cu
stodiens paruulos dñs: humilia
tus sum et liberauit me. Conuer
tere anima mea in requiē tuam:
qa dominꝰ benefecit tibi. Quia
eripuit animā meā de morte ocu=
los meos a lachrymis: pedes me
os a lapsu. Placebo domio: in re
gione viuorum. Psalmus.cxv.
CRedidi propter quod locu=
tus sum: ego autē humiliatꝰ
sum nimis. Ego dixi in excessu
meo: omis homo mēdax. Quid re
tribuā dño: pro omnibus que re=
tribuit mihi. Calicem salutaris

accipiã: et nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddã coꝝã omni populo eiꝰ: pꝛeciosa in conspectu dñi moꝛs sctõꝝ eius. O dñe qa ego seruus tuus: ego seruus tuꝰ et filiꝰ ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiaꝫ laudis ꝛ nomẽ dñi inuocabo. Uota mea dño reddã in cõspectu omnis ppli eius: in atriis domꝰ dñi in medio tui hierusalẽ. ℞s. cxvi.

LAudate dñm omnes gentes laudate eum omnes populi Quoniã cõfirmata est super nos misericoꝛdia eius: et veritas dñi manet in eternũ. ℞salmus. cxvii.

COnfitemini dño quoniã bonus quoniã in seculũ misericoꝛdia eiꝰ. Dicat nũc israel quoniã bonus: quoniã in seculũ miseꝛicoꝛdia eius. Dicat nunc domꝰ aaron: quoniã in seculũ misericoꝛdia eius. Dicãt nunc qui timent dñm: quoniã in seculũ misericoꝛdia eius. De tribulatiõe inuocaui dñm ꝛ exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutoꝛ: nõ ti

mebo qd faciat mihi homo Dñs mihi adiutor: et ego despiciã inimicos meos. Bonũ est cõfidere in dño: q̃ cõfidere in hoie Bonũ est sperare in domio q̃ sperare in principibus. Omnes gẽtes circuierũt me et in noie dñi qa vltus sum in eos. Circũdantes circundederũt me z in nomine dñi: quia vltus sum in eos. Circũdederũt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis et in nomine dñi: quia vltus sum in eos Impulsus euersus sum vt caderẽ: et dñs suscepit me. Fortitudo mea z laus mea dñs: et factus est mihi in salutem. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorũ. Dextera dñi fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem. Non moriar sed viuam: et narrabo opera dñi. Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitie ingressus in eas confitebor dño: hec porta dñi iusti intrabũt in eam. Confi-

tebor tibi quoniã exaudisti me; ⁊ factus es mihi in salutem. Lapidem quẽ reprobauerũt edificantes: hic factus est in caput anguli. A dño factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quã fecit dñs: exultemus et letemur in ea. O dñe saluum me fac o dñe bene prosperare: benedictus qui venit in nomine dñi. Benedixim9 vobis de domo domini: deus dñs et illuxit nobis. Constituite diẽ solennẽ in cõdensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi quoniã exaudisti me et factus es mihi in salutẽ. Confitemini dño quoniã bonus quoniã in seculũ misericordia eius.

Ps. cxviij

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Beati qui scrutãtur testimonia eius: in toto corde exquirũt eũ. Non enim qui operãtur iniqtatẽ: in vijs eius ambulauerũt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinã

dirigãtur vie mee: ad custodien=
das iustificatiões tuas. Tũc nõ
cõfundar: cũ perspexero in omni
bus mandatis tuis. Confitebor
tibi in directiõe cordis: in eo qõ
didici iudicia iustitie tue. Iusti=
ficationes tuas custodiã: non me
derelinquas vsqz quaqz.

In quo corrigit adolescẽtior
viã suã: in custodiẽdo sermo
nes tuos. In toto corde meo ex=
quisiui te: ne repellas me a mãda
tis tuis. In corde meo abscondi
eloquia tua: vt nõ peccẽ tibi. Be
nedictꝰ es dñe: doce me iustifica
tiones tuas. In labijs meis pro
nunciaui omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorũ tuorũ dele=
ctatus sum: sicut in oñibus diui=
tijs. In mãdatis tuis exercebor
et considerabo vias tuas. In iu=
stificationibus tuis meditabor:
nõ obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo viuifica
me: et custodiam sermones
tuos. Reuela oculos meos: et cõ
siderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas a me mãdata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificatiões tuas: in omni tẽpore. Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. Aufer a me opprobriũ et contemptũ quia testimonia tua exq̃siui. Etenim sederunt principes et aduersum me loquebãtur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis Nã et testimonia tua meditatio mea est: et consiliũ meum iustificationes tue.

Adhesit pauimẽto aia mea: viuifica me secundũ verbũ tuum. Vias meas annũciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iniq̃tatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Viã veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimoniis tuis domi-

ne:noli me cõfũdere. Quiã mã=
datorum tuorum,cucurri: cum di
latasti cor meum.

LEgem pone mihi dñe viam
iustificationũ tuarũ:z exqui
ram eã semper. Da mihi intelle=
ctũ et scrutabor legẽ tuã:et custo
diam illã in toto corde meo. Ce=
duc me in semita mandatorũ tuo=
rum:qa ipsam volui. Inclina cor
meũ in testimonia tua z nõ in aua
ritiam. Auerte oculos meos ne
videant vanitatẽ: in via tua viui=
fica me. Statue seruo tuo secun=
dum eloquiũ tuum:in timore tuo
Amputa opprobriũ meum quod
suspicatus sum: quia iudicia tua
iocũda. Ecce cõcupiui mandata
tua:in equitate tua viuifica me.

ET veniat super me misericor
dia tua dñe: salutare tuũ se=
cũndũ eloquiũ tuũ. Et responde
bo exprobrãtibus mihi verbum:
qa speraui in sermonib9 tuis Et
ne auferas de ore meo verbũ ve=
ritatis vsqz quaqz: qa in iudicijs
tuis supersperaui. Et custodiam

legē tuā ſemper in ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi. Et ambulabā in latitudine: qā mandata tua exquiſiui. Et loqbar de teſtimonijs tuis in conſpectu regū: ⁊ nō cōfundebar. Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iuſtificationibus tuis.

Memor eſto ſ̄bi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpē dediſti. Hec me cōſolata eſt in humilitate mea quia eloquiū tuum viuificauit me. Superbi inique agebāt vſq; quaq;: a lege autē tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorū a ſeculo domine: et conſolatus ſum. Defectio tenuit me p̄o peccatoribus derelinquentibus legē tuā. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tue: ni loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et cuſtodiui legē tuam. Hec facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Portio mea dñe: dixi cuſtodire legē tuā. Deprecatꝰ ſum

faciem tuã in toto corde meo: mi-
serere mei secundũ eloquiũ tuum
Cogitaui vias meas: et conuer-
ti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum et nõ sum turbat9:
vt custodiã mandata tua. Funes
peccatorum circũpleri sunt me: et
legem tuam nõ sum oblitus. Me-
dia nocte surgebã ad confitendũ
tibi: super iudicia iustificationis
tue. Participeps ego sum omniũ ti
mentiũ te: et custodientiũ manda
ta tua. Mia tua domine plena est
terra: iustificatiões tuas doce me
Bonitatẽ fecisti cũ seruo tuo
dñe: secundũ verbũ tuũ. Bo
nitatem et disciplinã et scientiam
doce me: quia mandatis tuis cre-
didi. Priusq̃ humiliarer ego de
liqui: propterea eloquium tuum
custodiui. Bonus es tu: et in bo
nitate tua doce me iustificationes
tuas. Multiplicata est super me
iniquitas superbor9: ego autẽ in
toto corde meo scrutabor manda
ta tua. Coagulatum est sicut lac
cor eorum: ego vero legem tuam

meditatus sum. Bonū mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonū mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.

Manus tue domie fecerūt me et plasmauerūt me: da mihi intellectū vt discam mandata tua Qui timent te videbūt me et letabuntur: quia in verba tua supersperaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me. Fiat mia tuavt cō soletur me secundū eloquiū tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundant superbi: qa iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego autez exercebor in mandatis tuis. Conuertātur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatū in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Defecit in salutare tuum aia mea et in verbū tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: quādo

rõsolaberis me. Quia factꝰ sum sicut vter in pruina iustificatiões tuas nõ sum oblitꝰ. Quot sunt dies serui tui: quãdo facies de persequentibus me iudiciũ. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed nõ vt lex tua. Omnia mãdata tua veritas: iniqui persecuti sunt me ediuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundũ miam tuã viuifica me: et custodiam testimonia oris tui. In eternũ dñe: verbũ tuũ permanet in celo. In generatione et gñrationẽ veritas tua: fundasti terram et permanet. Ordinatione tua perseuerat dies: quoniã omnia seruiũt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac quoniã iustificatiões tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores vt perderẽt me testimonia tua

intellexi. Omnis cōsummatiōis vidi finē: latū mandatū tuū nimis

Quomodo dilexi legem tuam dñe: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudē tem me fecisti mandato tuo: qa in eternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testi= monia tua meditatio mea est. Su per senes intellexi quia mandata tua quesiui. Ab omni via mala pro hibui pedes meos: vt custodiam verba tua. A iudicijs tuis nō de clinaui: quia tu legem posuisti mi hi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo A mandatis tuis intellexi: propte= rea odiui omnē viam iniquitatis

Lucerna pedibus meis ver= bū tuū et lumē semitis meis Iurauī et statui: custodire iudi= cia iustitie tue. Humiliatus sum vsqz quaqz dñe: viuifica me secun= dum verbū tuū. Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: z iudicia tua doce me. Ia mea in manib9 meis semper: z legem tuā nō sum

oblitus. ☩ oſuerũt pctõres laque
um mihi: et de mandatis tuis nõ
erraui. ☩ creditate acquiſiui te-
ſtimonia tua in eternũ: qa exulta-
tio cordis mei ſunt. ☩ nclinaui cor
meũ ad faciẽdas iuſtificatiões tu
as in eternũ propter retributionẽ
☩ Iniquos odio habui et legez
tuã dilexi. ☩ diutor et ſuſce
ptor meus es tu: et in verbũ tuũ ſu-
perſperaui. ☩ eclinate a me mali
gni et ſcrutabor mãdata dei mei.
☩ uſcipe me ſecundũ eloquiũ tuũ
et viuã: et nõ cõfundas me ab ex-
pectatiõe mea. ☩ diuua me et ſal-
uus ero: et meditabor in iuſtifica
tionibus tuis ſemper. ☩ pcuiſti
omnes diſcedẽtes a iuſtitijs tuis
quia iniuſta cogitatio eorũ. ☩ re
uaricantes reputaui omnes pctõ
res terre: ideo dilexi teſtimonia
tua. ☩ onfige timore tuo carnes
meas: a iudicijs enim tuis timui.
☩ Feci iudiciũ et iuſtitiam non
tradas me calumniantibus
me. ☩ uſcipe ſeruũ tuũ in bonum:
nõ calũnientur me ſuperbi. ☩ culi

mei defecerũt in salutare tuũm:
et in eloquiũm iustitie tue. Fac
cum seruo tuo secundũ misericor
diã tuã: et iustificationes tuas do
ce me. Seruus tuus sum ego: da
mihi intellectũ vt sciã testimonia
tua. Tẽpus faciendi dñe: dissipa
uerũt legẽ tuã. Ideo dilexi man-
data tua: super aurũ et topazion.
Propterea ad oia mãdata tua di
rigebar oẽz viã iiquã odio habui
Mirabilia testimõia tua: ideo
scrutata est ea aia mea. De
claratio sermo nũ tuorum illumi-
nat: et intellectum dat paruulis.
Os meũ aperui et attraxi spiritũ
qa mãdata tua desiderabã. Aspi
ce in me et miserere mei: secõm iu-
diciũ diligentiũ nomẽ tuũ. Gres-
sus meos dirige secundũ eloquiũ
tuũ: et nõ dñetur mei omis iniusti
tia. Redime me a calũnijs hoim:
vt custodiã mandata tua. Faciẽ
tuam illumina super serum tuum:
et doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarũ deduxerũt ocult
mei: qa nõ custodierũt legẽ tuam

IUstus es dñe: ⁊ rectum iudi
cium tuū. Mandasti iustitiā te
stimonia tua et veritatem tuam ni
mis Tabescere me fecit zelus me
us: quia obliti sunt verba tua íni=
mici mei. Ignitū eloquiū tuū ve=
hementer ⁊ seruus tuus dilexit il
lud. Adolescētulus sum ego ⁊ cō
tēptus: iustificatiōes tuas nō sum
oblitus. Iustitia tua iustitia in
eternū: et lex tua veritas. Tribu
latio et angustia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eter=
num intellectū da mihi et viuam.
Clamaui in toto corde exau=
di me dñe iustificationes tu=
as requirā. Clamaui ad te saluū
me fac: vt custodiā mandata tua.
Preueni in maturitate et cla=ma=
ui: quia in verba tua superspraui
Preuenerunt oculi mei ad te di=
luculo vt meditarer eloquia tua.
Vocem meā audi secundū mīam
tuā dñe: ⁊ secūdū iudiciū tuū viui
fica me. Appropinquauerūt per
sequētes me iniquitati; a lege aūt

tua longe facti sunt. Oꝛope es tu domine: et omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea.

Vide humilitatē meā ꝛ eripe me: quia legē tuā nō sum oblitus. Iudica iudiciū meū ꝛ redime me: propter eloquiū tuum viuifica me. Longe a peccatoꝛib9 salus: qa iustificationes tuas nō exquisierunt. Mie tue multe dñe: secundū iudiciū tuū viuifica me. Multi qui persequūtur me et tribulant me: a testimoniis tuis non declinaui. Vidi preuaricantes et tabescebam: qa eloquia tua nō custodierunt. Vide quoniā mandata tua dilexi domine: in misericoꝛdia tua viuifica me. Pꝛincipium verboꝛum tuoꝛum veritas in eternū omnia iudicia iustitie tue.

Pꝛincipes persecuti sunt me gratis: ꝛ a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui ꝛ abominat9 sum: legē aūt tuā

dilexi. Septies in die laudē dixi tibi: sup iudicia iustitie tue. Pax multa diligētibus legē tuā: et nō est illis scandalū. Expectabā salutare tuū dñe: et mandata tua dilexi. Custodiuit aia mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Seruaui mādata tua ⁊ testimōia tua qa oēs vie mee in cōspectu tuo sūt.

Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuum da mihi intellectū. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundū eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnū: cū docueris me iustificationes tuas. Pronūciabit lingua mea eloquiū tuū: qa omnia mandata tua equitas. Fiat manꝰ tua vt saluet me: quoniā mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine: et lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt: quere seruū tuum dñe quia mandata tua non sum oblitus.

AD dñm cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Dñe libera aīmā meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguaz dolosam. Sagitte potentis acute cū carbonib⁹ desolatorijs. Heu mihi qa incolat⁹ meus prolongatus est habitaui cū habitantibus cedar: multū incola fuit anima mea. Cū his qui oderūt pacē eram pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. ℣s. cxx.

LEuaui oculos meos in montes: vndeveniet auxiliū mihi Auxiliū meū a dño: qui fecit celū et terrā. Non det in cōmotionem pedē tuū: neq; dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit isrl. Dñs custodit te dñs protectio tua: super manū dexterā tuā. Per diem sol nō vret te neq; luna per noctē. Dñs custodit te ab oīi malo: custodiat aīmā tuam dñs. Dñs custodiat introitū tuū ⁊ exitū tuum: ex hoc nūc ⁊ vsq; in sclm. ℣s. cxxj.

Lætatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum dñi ibi mus. Stantes erāt pedes nostri: in atrijs tuis hierusalē. Hierusa lem q̄ edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipm. Illuc eni ascenderūt tribus tribus dñi testimoniū israel ad cōfitendū no mini domini. Quia illic sederūt se des in iudicio: sedes super domū dauid. Rogate que ad pacē sunt hierusalē: et abundantia diligēti bus te. Fiat pax in virtute tua: et abundātia in turribus tuis. Pro pter fratres meos et proximos meos: loquebar pacē de te. Pro= pter domū domini dei nostri: que sui bona tibi.

Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus domi norū suorū. Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi no stri ad dominū deū nostrū donec misereat nostri. Miserere nostri domine miserere nostri: quia mul tum repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est anima nostra opprobrium abundantibus: et despectio superbis. ps. cxxiij.

NIsi qa dñs erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dñs erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos. Cum irascereturfuror eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentē pertransiuit aia nr̃a: forsitan pertransisset aia nostra aquā intolerabilē Bñdictus dñs qui nō dedit nos in captionē dentib9 eor̃. Anima nr̃a sicut passer erepta est: de laqueo venantiū. Laqueus contritus est: et nos liberati sum9. Adiutoriū nostrū in nomie domini: qui fecit celū z terram. ps. cxxiiij.

QVi cōfidunt in domino sicut mons syon nō cōmouebitur in eternū qui habitat in hierusalē Montes in circuitu ei9 et dñs in circuitu populi sui: ex hoc nūc et vsq̃ in seculū. Quia nō relinquet dñs virgā pctōrū super sortē iustorū: vt nō extendant iusti ad inl

quitatē manus suas. Benefac do mine: bonis et rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dñs cū operantibus iniquitatē par super israel. ps.cxxv

IN conuertendo dñs captiuitatē syon facti sumus sicut cōsolati. Tunc repletus est gaudio os nostrū: et lingua nostra exultatiōe. Tūc dicēt inter gentes magnificauit dñs facere cū eis. Magnificauit dñs facere nobiscū: facti sumus letantes. Conuerte re dñe captiuitatē nostram sicut torrens in austro. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Venientes aūt venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Psalm9. cxxvi.

NIsi domin9 edificauerit domum: in vanū laborauerunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere surgite postq̄ sederitis qui manducatis

panē doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorū. Beatus vir qui impleuit desiderū suum ex ipsis: nō confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. ps. cxxvij.

Beati oēs qui timēt dñm: qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarū quia manducabis: beatus es et bene tibi erit Uxor tua sicut vitis abūdans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū in circuitu mēse tue Ecce sic benedicetur homo qui timet dominū. Benedicat tibi dñs ex syon: z videas bona hierusalē omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel. ps. cxxviij.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: dicat nūc israel Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea etenim nō potuerunt mihi. Supra dorsum meū fabricauerūt pctōres prolongauerunt ini

quitatē suā. Dñs iustus cōcidet ceruices pcctatorū: cōfundantur et cōuertant retrorsum oēs q̄ odē rūt syon. Fiāt sicut fenū tectorū: qđ priusq̄ euellatur exaruit. De quo nō impleuit manū suā qui metet: et sinū suū qui manipulos colliget. Et nō dixerunt qui preteribāt bñdictio dñi super vos: bñdiximꝰ vobis in noīe dñi. Ps.cxxix.

DE profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meam fiant aures tue intendentes in vocē deprecationis mee. Si iniq̄tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apđ te propitiatio est: z propter legē tuā sustinui te dñe. Sustinuit aia mea in verbo eius: sperauit aia mea in dño. A custodia matutina vsq̄ ad noctē speret israel in domino Quia apud dominū misericordia et copiosa apud eū redemptio. Et ipe redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Psalmus.cxxx.

DOmine non est exaltatū cor meū: neq̄ elati sūt oculi mei

Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea. Speret israel in domino: ex hoc nunc et vsq; in seculum. Psalmus. cxxxi.

Mémento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibꝰ meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob. Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge domine in requiē tuā: tu et archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiā: et sancti tui exultent.

Propter dauid seruum tuum. nō auertas faciē christi tui. Iurauit dominus dauid veritatem et non frustrabitur eū: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filij tui testamentum meum et testimonia mea: hec que docebo eos. Et filij eorum vsqz in seculum: sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus syon: elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduā eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Psalmus. cxxxij.

Ecce qz bonum et qz iocundū habitare fratres in vnum. Sicut vnguētum in capite: quod descendit in barbam barbam aa-

ron: Quod descendit in oram ve
stimenti eius: sicut ros hermon
q̄ descendit in montē syon. Quo
niam illic mandauit dominus be
nedictionem: et vitam vsq̄ in se=
culum. Psalmus. cxxxiii.

Ecce nunc benedicite domi=
num omnes serui dñi. Qui
statis in domo domini: in atriis
domus dei nostri. In noctibus
extollite manꝰ vestras in sancta:
et benedicite dominum. Benedi
cat te dominus ex syon: qui fecit
celum et terram. ps. cxxxiiii.

Laudate nomen domini: lau=
date serui domunū. Qui sta
tis in domo dñi: in atriis domus
dei nostri. Laudate dominū q̄a
bonus dñs: psallite nomini eius:
quoniā suaue est. Quoniā iacob
elegit sibi dñs: israel in possessio=
nē sibi. Quia ego cognoui quod
magnus est dominus: et deus no
ster pre oībus dijs. Omnia que=
cunq̄ voluit dominꝰ fecit in celo
et in terra: in mari et in omnibus
abyssis. Educēs nubes ab extre

mo terre: fulgura in pluuiã fecit. Qui produxit ventos de thesauris suis qui percussit primogenita egypti: ab homine vsq; ad pecus. Et misit signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eiꝰ. Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes. Seon regem amorreorum: et og regem basan: z omnia regna chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo. Domine nomen tuum in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem. Quia iudicabit dominus populum suũ et in seruis suis deprecabitur. Simulachra gentium argentũ et aurum: opera manuũ hominũ. Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciũt ea: et omnes qui cõfidunt in eis. Domus israel benedicite domino: domus

aaron benedicite domino . Do-
mus leui benedicite domino: qui
timetis dominū benedicite dño.
Benedictus dominus ex syon: q̄
habitat in hierusalem. ps. cxxxv.
Confitemini domino quoni-
am bonus: quoniam in eter-
num misericordia eius. Confite
mini deo deorum: quoniā. Con-
fitemini dño dominorū: quoniā.
Qui facit mirabilia magna solꝰ:
quoniā. Qui fecit celos in intel-
lectu quoniā Qui firmauit terrā
super aquas: qm. Qui fecit lumi
naria magna: quoniā. Solē in po
testatem diei. quoniā. Lunam et
stellas in potestatem noctis: quo
niam. Qui percussit egyptū cum
primogenitis eorū: quoniā. Qui
edurit israel de medio eorū: quo-
niam. In manu potenti et in bra
chio excelso: quoniā. Qui diuisit
mare rubrū in diuisiones: quoniā.
Et edurit israel per mediū eius:
quoniā. Et excussit pharaonē et
virtutē eius in mari rubro: quo-
niam. Qui trāsdurit populū suū

per desertū: quoniā. Qui percus sit reges magnos: quoniā. Et oc cidit reges fortes: quoniā. Seon regē amorreorū: quoniā. Et og regē basan: quoniā. Et dedit ter ram eorū hereditatē: quoniā. He reditatē israel seruo suo: quoniā. Quia in hūilitate nostra memor fuit nr̄i: quoniā. Et redemit nos ab inimicis nostris qm̄. Qui dat escā omni carni: quoniā. Cōfite=mini deo celi: quoniā. Cōfitemi ni dño dñorū: quoniā in seculum misericordia eius. ps. cxxxvi.

Super flumina babylonis il=lic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. In salici bus in medio eius: suspendimus organa nostra. Quia illic inter rogauerūt nos qui captiuos du=xerunt nos: verba cātionum. Et qui abduxerunt nos: hymnū can tate nobis de canticis syō. Quo modo cantabimus canticum do=mini: in terra aliena. Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni detur dextera mea. Adhereat

lingua mea faucibus meis: si non meminero tui. Si non proposuero tui hierusalem: in principio letitie mee. Memor esto dñe filiorũ edom: in die hierusalem. Qui dicunt exinanite: exinanite vsq; ad fundamentũ in ea. Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuã quam retribuisti nobis. Beatꝰ qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram.

Psalmus. cxxxvij.

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum: et cõfitebor nomini tuo. Super misericordia tua z veritate tua: quoniam magnificasti super oñe nomen sanctum tuum. In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terre quia audierunt oñia verba oris tui. Et cantent in vijs domini: quoniam ma

gna est gloria domini. Quoniaꝫ excelsus dominus et humilia respicit: et alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manū tuam: et saluū me fecit dextera tua. Dominꝰ retribuet pro me domine misericordia tua in seculum opera manuū tuarum ne despicias. Psalmꝰ. cxxxviij.

Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam et resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam et funiculum meuꝫ inuestigasti. Et omnes vias meas prouidisti: qa nō est sermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima ⁊ antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est et non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam: Si ascendero in celum tu illic es: si descen

dero in infernum ades. Si sum-
psero pennas meas diluculo: et
habitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet
me: et tenebit me dextera tua. Et
dixi forsitan tenebre conculcabunt
me: et nox illuminatio mea in de-
liciis meis. Quia tenebre nō ob
scurabuntur a te et nox sicut dies
illuminabitur: sicut tenebre eius
ita et lumen eius. Quia tu posse
disti renes meos suscepisti me de
vtero matris mee. Confitebor ti
bi quia terribiliter magnificatus
es: mirabilia opera tua: et anima
mea cognoscet nimis. Non est
occultatum os meum a te: quod
feciſti in occulto: et substātia mea
in inferioribus terre. Imperfe-
ctum meum viderunt oculi tui: et
in libro tuo omnes scribentur: di
es formabuntur et nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificati
sunt amici tui deus: nimis con-
fortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos et super are-
nam multiplicabuntur: exurrexi

et adhuc sum tecum. Si occide-
ris deus peccatores: viri sangui
num declinate a me. Quia dici-
tis in cogitatione: accipiãt in va-
nitate ciuitates suas. Nonne qui
oderunt te domine oderam: et su
per inimicos tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: ini-
mici facti sũt mihi. Proba me de
us et scito cor meũ: interroga me
et cognosce semitas meas. Et vi
de si via iniqtatis in me est: et de-
duc me in via eterna. ps. cxxix.

Eripe me dñe ab homine ma
lo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerũt iniquitates in
corde: tota die constituebant pre
lia. Acuerunt linguas suas sicut
serpentes: venenum aspidum sub
labijs eorum. Custodi me domi
ne de manu peccatoris: et ab ho-
minibus iniquis eripe me. Qui
cogitauerũt supplantare gressus
meos: absconderunt superbi la-
queum mihi. Et funes extende-
runt in laqueũ: iuxta iter scanda-
lũ posuerũt mihi. Dixi dño deus

meus es tu: exaudi domine vocē deprecationis mee. Domine do mine virtus salutis mee: obum brasti super caput meū in die bel li. Non tradas me domine a de siderio meo peccatori: cogitaue runt cōtra me ne derelinquas me ne forte exaltētur. Caput circui tus eorum: labor labiorum ipso rum operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignem deijci es eos in miserijs non subsistent Vir linguosus non dirigetur in terra: virū iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: et vin dictā pauperū. Verūtamen iusti confitebūtur nomini tuo: et habi tabunt recti cū vultu tuo. ps. cxl.

Domine clamaui ad te exau di me intēde voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur ora tio mea sicut incensum in conspe ctu tuo: eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinū. Pone do mine custodiā ori meo: et ostium circumstantie labijs meis. Non

declines cor meum in verba ma-
litie: ad excuſandas excuſatiões
in peccatis. Cum hominibus o-
perantibus iniquitatem: et non
cõmunicabo cum electis eorum.
Corripiet me iuſtꝰ in miſericor-
dia et increpabit me: oleum autẽ
peccatoris non impinguet caput
meum. Quoniã adhuc et oratio
mea in beneplacitis eorũ: abſor-
pti ſunt iuncti petre iudices eorũ
Audient verba mea quoniã po-
tuerunt: ſicut craſſitudo terre eru
pta eſt ſuper terrã. Diſſipata ſũt
oſſa noſtra ſecus infernũ: quia ad
te dñe dñe oculi mei: in te ſperaui
non auferas animam meam. Cu
ſtodi me a laqueo quẽ ſtatuerunt
mihi: et aſcandalis operantium
iniquitatem. Cadent in retiacu-
lo eius peccatores: ſingulariter
ſum ego donec tranſeã. ps. cxl.
Voce mea ad dominũ clama
ui: voce mea ad dominũ de-
precatus ſum. Effundo in cõſpe-
ctu eius orationẽ meam: et tribu
lationem meam ante ipſum pro-

nuncio. In deficiendo ex me spi-
ritum meū: et tu cognouisti semi-
tas meas. In via hac qua ambu
labam: absconderunt laqueū mi-
hi. Considerabam ad dexteram
et videbā: et non erat qui cogno-
sceret me. Perijt fuga a me: et nō
est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine: dixi tu
es spes mea: portio mea in terra
viuentium. Intende ad depreca
tionem meam: quia humiliatus
sum nimis. Libera me a perse-
quentibus me: qa confortati sunt
super me. Educ de custodia ani-
mam meam ad confitendum no-
mini tuo: me expectāt iusti donec
retribuas mihi. Psalmus. cxlij.

Domine exaudi orationē me
am: auribus percipe obse-
crationem meam in veritate tua:
exaudi me in tua iustitia. Et non
intres in iudicium cum seruo tuo
quia non iustificabitur in conspe
ctu tuo omnis viuens. Quia per
secutus est inimicus animam me
am humiliauit in terra vitam me-

am. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te anima mea: sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meã. Eripe me de inimicis meis dñe: ad te confugi doce me facere voluntatẽ tuam: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonꝰ deducet me in terram rectam: propter nomen tuum dñe viuificabis me: in equitate tua. Educes de tribulatione animã meã: ⁊ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes oẽs q̃ tribulãt

animā meam: quoniam ego ser-
uus tuus sum. Psalmus. cxliii.
Benedictus dominus deus
meus qui docet manus me-
as ad prelium: et digitos meos ad
bellum. Misericordia mea et refu
gium meū: susceptor meus et libe
rator meus. Protector meus et
in ipso speraui: qui subdit popu-
lum meum sub me. Domine quid
est homo quia innotuisti ei: aut fi
lius hominis quia reputas eum.
Homo vanitati similis factus est
dies eius sicut vmbra pretereunt
Domine inclina celos tuos et de
scende: tange montes et fumiga-
bunt. Fulgura chorusca tionem
et dissipabis eos: emitte sagittas
tuas et cōturbabis eos. Emitte
manū tuā de alto eripe me et libe
ra de aquis multis: et de manu fi
liorum alienorū Quorum os lo-
cutum est vanitatem: et dextera
eorum dextera iniquitatis. De-
us canticum nouum cantabo ti-
bi: in psalterio decacordo psallam
tibi. Qui das salutem regibus:

qui redemiſti dauid ſeruum tu=
um: de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorū alie=
norum quorum os locutū eſt va=
nitatem: et dextera eorum dexte=
ra iniquitatis. Quorum filij ſi=
cut nouelle plantationes a iuuen
tute ſua. Hilie eorum compoſite
circumornate vt ſimilitudo tem=
pli. Promptuaria eorum plena:
eructantia ex hoc in illud. Oues
eorum fetoſe abundātes in egreſ
ſibus ſuis: boues eorum craſſe.
Non eſt ruina macerie: neq; trā=
ſitus neq; clamor in plateis eorū
Beatum dixerunt populum cui
hec ſunt: beatus populus cuius
dñs deus eius. Pſalmus. cxliiij.
Exaltabo te deus meus rex
et benedicam nomini tuo in
ſeculum: et in ſeculum ſeculi. Per
ſingulos dies benedicam tibi:
et laudabo nomen tuum in ſecu=
lum: et in ſeculum ſeculi. Magn9
dominus et laudabilis nimis; et
magnitudinis eius non eſt finis.
Generatio et generatio lauda=

bit opera tua: et potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloríe sanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribiliúm tuorum dicent et magnitudinem tuam narrabunt. Memoriã abundãtie suauitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt. Miserator et misericors dominus: patiens ⁊ multum misericors. Suauis dominus vniuersis: et miserationes eius super oñia opera eius. Confitcantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi. Gloriã regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur. Ut notam faciant filijs hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui. Regnũ tuum regnũ omnium seculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationẽ. Fidelis dominꝰ in omnibꝰ verbis suis: ⁊ sanctus in omnibus operibus suis Alleuat dominus omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos. Oculi omnium

in te sperant domine: et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manũ tuam et imples omne animal benedictione. Iustus dominꝰ in omnibus viis suis: et sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dñs omnibꝰ inuocãtibus eum: omnibus inuocantibus eũ in veritate. Voluntatem timentiũ se faciet et deprecationẽ eorũ exaudiet: et saluos faciet eos. Custodit dñs oẽs diligẽtes se: et oẽs pctõres dispердet Laudationẽ dñi loqtur os meũ: et bñdicat ois caro noi sctõ eius in seculũ et in seculũ scli. ps. cxlv.

Laudabo dominũ in vita mea psallã deo meo q̃diu fuero. Nolite confidere in principibus in filijs hominum in quibus nõ est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terrã suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eiꝰ in dño deo ipsius qui fecit celum et terram:

mare: et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos; dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et generationem. Psalmus. cxlvj.

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iocunda decora q̄ laudatio. Edificans hierusalē dominus dispersiones israelis congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomia vocans Magnus dominus noster et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dñs: humilians aūt peccatores vsq̄ ad terrā Concinite dño in

confessione: psallite deo nostro in cythara. Qui operit celum nubi bus: z parat terre pluuiam. Qui producit in montibus fenum: et herbaz seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsoꝝ: et pul lis coruoꝝ inuocantibus eum Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitū est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Psalmus. cxlvij.

ui et in amaritudinibus moꝛatur
oculus meꝰ. Libera me dñe et po
ne me iuxta te: et cuiusuis manus
pugnet contra me. Dies mei trā-
sierunt cogitationes mee dissipa
te sunt toꝛquentes coꝛ meum. Noc
tem verterunt in diem: et rursuꝫ
post tenebꝛas spero lucem. Si su
stinuero infernus domꝰ mea est:
et in tenebꝛis straui lectulum me
um. Putredini dixi Pater meus
es: mater mea: et soꝛoꝛ mea ver-
mibus. Ubi est ergo nunc pꝛesto
latio mea et patientia mea tu es
domine deus meus. Rem. Peccā
tem me quotidie et non peniten-
tem timoꝛ moꝛtis conturbat me.
Quia in inferno nulla est redem-
ptio: miserere mei deus et salua
me. ℣. Deus in nomine tuo saluū
me fac et in virtute tua libera me
Quia in inferno. Lectio. viij.

Pelli mee consumptis carni-
bus adhesit os meū: et dere
licta sunt tantummodo labia mea
circa dentes meos. Miseremini

mei miserēmini mei saltē vos ami
ci mei: quia manꝰ domini tetigit
me. Quare persequimini me sicut
deus et carnibus meis saturami
ni? Quis mihi tribuat vt scriban
tur sermōes mei? Quis mihi det
vt exarentur in libro stilo ferreo
aut plumbi lamina: vel celte scul=
pantur in silice? Scio enim quod
redemptor meus viuit: et in no=
uissimo die de terra surrecturus
sum: et rursum circundabor pelle
mea: et in carne mea videbo deum
saluatorē meū. Quē visurus sum
ego ipse et oculi mei conspecturi
sunt et nō alius. Reposita est hec
spes mea in sinu meo. ℟. Requiē
eternā dona eis dñe. Et lux per=
petua luceat eis. ℣. Qui lazarum
resuscitasti a monumento fetidū:
tu eis dñe dona requiem. Et lux
perpetua luceat eis. Lectio. iij.
Quare de vulua eduxisti me:
qui vtinam consumptus es=
sem ne oculus me videret? Fuis=
sem quasi non essem de vtero trā=
slatus ad tumulum. Nunquid nō

paucitas dierū meorū finiet breui. Dimitte ergo me vt plangam paululū dolorē meū anteq̄ vadā et non reuertar ad terrā tenebro sam et opertam mortis caligine. Terrā miserie et tenebrarum vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitans. ℟m. Libera me domie de morte eterna: in die illa tremēda. Quan do celi mouēdi sunt et terra. Dū veneris iudicare seculū per ignē ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie: dies magna et amara valde. Quādo celi. ℣. Quid ergo miserrimus quid dicam vel quid faciā dū nil boni perferā ante tan tum iudicē. Dū veneris. ℣. Hunc chriſte te petimus miserere que sumus: qui venisti redimere per ditos: noli damnare redemptos. Libera me domine. ℟m. Libera me dñe de penis inferni Qui por tas ereas cōfregisti et visitasti in fernū et dedisti eis lumen vt vide rent te q̄ erāt in penis tenebrarū ℣. Clamantes et dicētes aduenī-

sti redēptor noster. Qui portas.
℣. Requiescant in pace. Amen.
Ad laudes. añ. Exultabūt dño
ossa hūiliata. ℣. Miserere mei.
Alia. Exaudi dñe orationē meaz
ad te omnis caro veniet. ℣. Te
decet. Alia. Adesuscepit de=
xtera tua dñe. ℣. Deus deꝰ
meus. Alia. A porta inferi erue
dñe animā meā. Canticū ezechie
Esaye. xxxviij. Ego dixi in dimi
dio. Alia. Omnis spiritus laudet
dñm. ℣. Laudate domi=
num de celis. ℣. Requiē eternā.
Et lux perpetua. Alia. Ego sum
resurrectio et vita q̄ credit in me
etiā si mortuus fuerit viuet: et om
nis qui vivit et credit in me non
morietur ineternū. Canticum zac
charie. Luce. j. Benedictus dñs
Kyrie eleyson. Xpe eleyson. Kyrie
eleyson. Pater noster. Aue maria.
℣. Exaltabo te dñe. ℣. Re=
quiē eternā. Et lux. A porta infe
ri. Erue dñe aias eorū. Credo vi
dere bona dñi. In terra viuentiū
Dñe exaudi. Et clamor. Oremꝰ.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere propitiare animabus famulorum famularumq; tuarum et omnia eorum peccata dimitte: vt mortis viculis absoluti transire mereant ad vitam. Oro.

OMnipotens sempiterne deus cui nunq; sine spe misericordie supplicatur propitiare anime famuli tui vel famule tue. N. vt q̃ de hac vita in tui nominis cõfessione decessit/ sctõrum tuorum numero facias aggregari. Oratio.

DEus cui9 misericordie non est numer9 suscipe pro animabus famulorum tuorum pontificum preces nostras: et lucis eis letitieq; regionẽ in sanctorum tuorum societate concede. Oratio.

INclina dñe aurẽ tuã ad preces nostras: quibus misericordiã tuã supplices deposcamur: vt animas famulorum famularumq; tuarum: quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas: et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Oratio.

Animabus q̄sumus dñe oīm fideliū defūctorū oratio pro ficiat supplicātiū vt eas ꝛ a peccatis oībus exuas: et tue redeptionis facias esse participes. Qui cū deo. Requiescāt in pace. Amē

In feriis interficiū animę et paschą. ps. cxl. Voce mea ad dominū clamaui. Commendatio animarū. Ant. Requiē eternā dona eis domine ꝛ lux perpetua luceat eis. ps. cxviij. Beati immaculati in via. Usq; ad fin. Ad dominuz cū tribularet clamaui. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ps. cxxviij. Domine probasti me. ℣. Requiem eternā dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue dñe aias eoꝝ. Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Dñe exaudi orōnē meā. Et clamor meꝰ ad te veniat. Oremꝰ.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis tui: vt perfecte te diligere et digne laudare mereamur per xpm dñm nr̄m. Amē

Inclina dñe aurem tuam ad preces nr̄as: et animę famuli tui ℣. et animas famulorum famularūq; tuarum: vt defuncti seculo tibi viuāt

et que per fragilitatē mūdane cō uersatiōis pctā admiserūt: tu ve= nia miserico:dissime pietatis ab= sterge. ℙer xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. Requiescant in pace. Amen.

¶ Hieronymus de psalterio.

Nunq̄ de manu tua aut de ocu lis tuis liber psalterij discedat fa cito aliquid operis vt semp dya= bolus te inueniat occupatū. Non em̄ in verbis tantū sed co:de ado randus est deus Melio: est q̄nq̄ psalmo:ū cātatio cum co:dis pu ritate: q̄q̄ psalterij modulatio cum anxietate co:dis et tristitia.

¶ Idem hieronymus.

Cum p:o centū animabus psal terium vel missa dicitur: nihilo= minus acsi p:o vno quolibet ipso rum diceretur: accipitur.

¶ Finis psalterij.

¶ Sequũtur hymni per totu anñu dicendi in vespis ꝛ matutinis ſcom tẽpus cui copetũt ordinari: vespar matutinar ꝛ laudũ ordine relicto ad vſuz Sar ꝛ Eboracen.

¶ Dñica. j. aduentꝰ dñi. Hymn?

Conditor alme ſiderum
eterna lux credentium:
chriſte redemptor oim:
exaudi preces ſupplicũ
Qui cõdolens interitu
mortis perſre ſeculũ: ſaluaſti mũ=
dũ languidũ donãs reis remediũ
Vergente mũdi veſpere: vti ſpõ=
ſus de thalamo egreſſus honeſtiſ
ſima: virginis matris clauſula.
Cuius fortí potẽtie genu curuã=
tur oñia celeſtia terreſtria faten
tur nutu ſubdita Te deprecamur
agie: venture iudex ſeculi: conſer
ua nos in tempore: hoſtis a telo
perfidi: Laus honor virtus glo
ria: deo patri et filio: ſancto ſimul
paraclyto: in ſempiterna ſecula.
Amen.

Hymnus.

Æ lucis ante terminũ rerum
creator poſcimꝰ: vt ſolita cle

mẽtia sis p̃esul ad custodiã Ꝓ
cul recedũt somnia: et noctiũ fan-
tasmata: hostẽq; nostrũ cõp̃ime:
ne polluãtur cor̃pora. P̃resta pa
ter omnipotẽs: per iesum x̃pm do
minũ: q̃ tecuz in perpetuũ regnat
cũ sancto spiritu. Amen.

VErbum supernũ p̃odiẽs: a
patre olim exiẽs: qui natus
orbi subuenis cursu decliui tẽpo
ris. Illumina nũc pectora: tuoq;
amor̃e cõcrema: audito vt p̃reco-
nio: sint pulsa tandẽ lubrica. Iu-
derq; cum post aderis: rimari fa
cta decoris: reddẽs vicẽ p̃ro ab-
ditis: iustisq; regnum p̃ro bonis.
Non demuz artemur malis: p̃ro
qualitate crĩminis: sed cũ beatis
cõpotes: simus perẽnis celibes.
Laus honor̃ virtus glia: deo p̃ri
et filio. ℣. Ad laudes. Hymnus.

IAm clara ecce intonat: obscu
ra quaq; increpat: pellantur
emin9 somnia: ab ethere x̃ps p̃ro
micat. Mẽs iã resurgat torpida:
que sor̃de exstat saucia: sy d9 reful
get iã nouũ: vt tollat omne nor̃iũ.

¶ surſum agnus mittitur: laxare
gratis debitū: oēs pro indulgen
tia: vocē demꝰ cū lachrymis. ¶ e
cūdo vt cū fulſerit: mundūqꝫ ho-
ror cinxerit: nō pro reatu puniat:
ſed pius nos tūc protegat. ¶ aus
honor ꝛc. ¶ De ſcta maria. Hymꝰ.
AVe maris ſtella dei mater al
ma: atqꝫ ſemper virgo felix
celi porta. ¶ umens illud aue: ga
brielis ore funda nos in pace mu
tans nomē eue. ¶ olue vincla re-
is profer lumē cecis mala noſtra
pelle: bona cūcta poſce. ¶ onſtra
te eſſe matrē ſumat per te precem
qui pro nobis natꝰ tulit eſſe tuus
Virgo ſingularis ītero ōes mitis nos
culpis ſolutos mites fac ꝛ caſtos
¶ ītā preſta purā iter para tutū:
vt videntes ieſum ſemper collete
mur. ¶ it laus deo patri ſummo
chriſto decus: ſpiritui ſancto tri-
nus honor vnus. Amen.
¶ De ſancta maria. Hymnus
QVem terra ponthus ethera
colūt adorant predicant: tri
nam regentē machinā claustrum

marie baiulat. Cui luna sol ⁊ om
nia deseruiũt per tẽpora perfusa
celi gratia gestant puelle viscera
Beata mater munere cui⁹ super=
nus artifex mundũ pugillo conti
nẽs ventris sub archa clausus est
Beata celi nuncio fecũda sancto
spiritu: desideratus gentibus cu
ius per aluum fusus est. Gloria
tibi domine qui natus es de vir=
gine: cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

¶ De sancta maria. Hymnus.

O Gloriosa dña excelsa supra si
dera: qui te creauit prouide
lactasti sacro vbere. Quod eua
tristis abstulit tu reddis almo ger
mine: intrent vt astra flebiles celi
fenestra facta es. Tu regis alti
ianua et porta lucis fulgida: vitã
datam per virginem gentes redẽ
pte plaudite. Gloria tibi domie.

¶ De natiuitate dñi. Hymnus.

V Eni redemptor gentiũ ostẽ=
de partum virginis: miretur
omne seculum talis decet partus
deũ. Non ex virili semine sed my

stico spiramine: verbū dei factum est caro fructusq; ventris floruit. Alu⁹ tumescit virginis claustra pudoris permanent: vexilla virtutum micāt versatur in tēplo deus Procedēs de thalamo suo: pudoris aula regia: gemine gygas substantie: alacris vt currat viam. Egressus eius a patre regressus eius ad patrem: excursus vsq; ad inferos recursus ad sedem dei. Equalis eterno pri: carnis stropheo accīgere: infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Presepe iā fulget tuū lumē q; nox spirat nouū: quod nulla nox interpellet fideq; fugi luceat. Deo patri sit gloria eiusq; soli filio: cū spiritu paraclyto et nunc et in perpetuum. Amen.

Hymnus.

Christe redemptor omniū ex patre patris vnice: solus ante principium natus ineffabiliter Tu lumē tu splēdor pris tu spes perennis: oim intende quas fundūt pces tui per orbē famuli. Memēto salutis auctor q̄ nri quōdā

corporis ex illibata virgine nascẽ
do formã sumpseris. Hic presens
testat dies currẽs per anni circu
lũ: qđ solus a sede patris mũdi sa
lus aduenieris. Huc celum terra
hũc mare hũc omne qđ in eis est:
auctorẽ aduẽtus tui laudat exul-
tãs cantico. Nos quoq; qui setõ
tuo redẽpti sum⁹ sanguine ob diẽ
natalis tui hymnũ nouũ concini-
mus. Gl'ia tibi dñe q̃ na.

A Solis ortus cardine adusq;
terre limitẽ: christũ canam⁹
principem natum maria virgine.
Beatus auctor seculi seruile cor
pus induit: vt carne carnem libe
rans ne perderet quos condidit.
Caste parentis viscera celestis
intrat gratia: venter puelle baiu-
lat secreta que non nouerat. No-
mus pudici pectoris templum re
pente fit dei intacta nesciens virũ
verbo concepit filium. Enixa est
puerpera quem gabriel predixe-
rat: quẽ matris aluo gestiẽs clau
sus iohannes senserat. Feno la-
cere pertulit presepe non abhor-

ruit: paruoq; lacte pastus est per quē nec ales esurit. ℣ audet chorus celestiū ꝛ angeli canunt deo: palamq; fit pastoribꝰ pastor creator omniū. ℟ Gloria tibi domīe qui natus est de virgine cū patre. ꝛc̄.

¶ De sancto Stephano. Hymnus

Sancte dei preciose protho marty ꝛ stephane qui virtute charitatis circūfultus vndiq; dominū pro inimico exorasti populo. Unde preces pro deuoto tibi nūc collegio vt tuo propiciatꝰ interuentu dominus nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibꝰ ℟ Gloria et honor deo vsq; quo altissimo vna patri filioq; inclito paracyto: cui laus est et potestas: per eterna secula. Amen.

¶ In die epiphanie dñi. Hymnus

Hostis herodes impie christū venire q̄d times: non arripit mortalia qui regna dat celestia. Ibant magi quā viderāt stellā sequētes preuiā: lumē requirūt lumine: deū fatētur munere. Lauacra puri gurgitis celestis agnus

attigit: petā que non detulit nos abluendo sustulit. Q ouū genus potentie aque rubescūt hydrie: vi nūqz iussa fundere mutauit vnda originē. G lia tibi dñe qui apparuisti hodie cū patre et sctō spū in sempiterna secula. Amē. Hymnus

A patre vnigenit9 ad nos venit per ✠ginē: baptisma crucē cōsecrans cunctos fideles generās. De celo celsus prodiit accepit formā hois: facturam morte redimens gaudia vite largiens. H oc te redēptor quesum9 illabere propitius: clarūqz nostris sensibus lumē prebe fidelibus. Q ane nobiscū dñe noctē obscurā remoue: omne delictū ablue piā medelā tribue. Q uē iam venisse nouimus redire item credimus: tu sceptrum tuum inclytū tuo defende clypeo. G lia tibi dñe q̄ appa.

In prima dñica. xl. Hymnus.

A more docti mystico seruemus hoc ieiuniū: deno dierū circulo ductu quater notissimo H ex et prophete primit9 hoc pre

tulerũt postmodũ christus sacrauit omniũ rex atq; factor tẽporũ. Ieiunemur ergo partius verbis cibis et potibus: somno iocis et arcius perstemus in custodia. Iteremus aũt pessima que subruunt mẽtes vagas: nullũq; demus callido hosti locũ tyrannidis. Iudicamus omnes cernui clamemus atq; singuli: ploremus ante iudicẽ flectamus iram vindicem. Nostris malis offendimus tuam deus clementiã: effunde nobis desuper remissor indulgentiã. Memento qd sumus tui licet caduci plasmatis ne des honorem nominis tui precamur alteri. Iuxta malum quod fecimus auge bonum quod poscimus placere quo tandem tibi possimus hic et perpetim. Presta beata trinitas: concede simplex vnitas: vt fructuosa sint tuis ieiuniorum munera. Amen.

Hymnus.

SUmmi largitor premij spes qui viuifica mũdi: preces intende seruorũ ad te deuote clamãtũ. Nostra te conscientia graue

dñē̄disse mōstrat: q̄s emūdes sup-
plicam⁹ ab oībus piaculis. Si re
nuis q̄s tribuet indulge q̄ potēs
es: te corde rogare mūdo fac nos
peccamur dñe. Ergo acceptare
nr̄m q̄ sacrasti ieiuniū: quo mysti
ce paschalia capiam⁹ sacramenta
Suma nobis hoc cōferat in deita
te trinitas: in qua gl̄iatur vn⁹ per
cūcta secula de⁹. Amen. Hymn⁹.

AUdi benigne conditor nr̄as
preces cū fletibus: in hoc sa-
cro ieiunio fusas quadragenario
Scrutator alme cordium infirma
tu scis viriū: ad te reuers⁹ exhibe
remissionis gratiā. Multū quidē
peccauimus sed parce cōfitēnt⁹
ad laudē tui nois: cōfer medelam
languidis. Sic corpus extra cō-
teri dona per abstinentiā: ieiunet
vt mēs sobria a labe prors⁹ crimi
num. Preesta beata trinitas con-
cede simplex vnitas vt fructuosa
sint tuis ieiuniorū munera. Amē.

Dominica. M. xl. Hymnus.

ECce tēpus idoneū medicīna
peccaminū quib⁹ deū offen-

dimus corde verbis operibus. Qui pius et propitius nobis peper cit hactenꝰ: ne nos cū nr̄is perderet tātis iniq̄tatibus. Hūc igitur ieiunijs cū precibus ⁊ lachrymis: multisq; bonis alijs placemꝰ deuotissimi. Ut nos a cūctis sordibus purgās ornet virtutibꝰ angelicis et cetibus cōiungat in celestibꝰ Sit bñdictꝰ genitor eiusq; vinigenitus cū spū paracl̄yto trinus ⁊ vnꝰ dñs. Amen. Hymnus.

QLarū decꝰ ieiunij mōstratur orbi celitus: quo chr̄istꝰ auctor olim cibis dixauit abstinens. Hoc moyses carus deo legisq; lator factus est: hoc heliā per aera curru leuauit igneo. Hinc daniel mysteria victor leonum viderat: per hoc amicus intimus sponsi iohānes claruit. Hec nos sequi dona deus exempla parcymonie: tu robur auge mentium dans spiritale gaudiū. Preesta pater per filium preesta per almū spiritū cum his per euum triplici vnus deus cognomine. Amen. Hymnus.

IEsu quadragenarie dicator abstinẽtie: qui ob salutẽ mentium hoc sanxeras ieiuniũ. Quo paradiso redderis seruata parsimonia quos inde castrimargia illecebrosa depulit. Adesto nunc ecclie adesto penitentie: q̃ pro suis excessibus orat profusus fletibus. Tu retroacta crimia tua remitte gr̃a: et a futuris adhibe custodiaz mitissime. Et expiati animis ieiuniorũ victimis: tendam⁹ ad pascalia digne colẽda gaudia Preesta pr̃ p̃ fi. In passi. do. Hym⁹.

CRilla regis prodeũt fulget crucis mysterium: quo carne carnis cõditor suspensus est patibulo. Confixa clauis viscera tendens manus vestigia: redemptionis gr̃a hic immolata est hostia. Quo vulneratus insuper mucrone dire lancee vt nos lauaret crimine manauit vnda sãguine. Impleta sunt que cõcinit dauid fidelis carmine: dicendo nationibus regnauit a ligno deus. Arbor decora et fulgida ornata regis pur-

pura: electa digno stipite tã sectã
mẽbra tangere. Beata cuius bra
chijs secli pepẽdit preciũ ĩtatera
ctã est corporis predãq; tulit tar
taris. O crux aue spes vnica hoc
passionis tẽpore: auge pijs iusti=
tiã reisq; dona veniã. Te summa
deus trinitas collaudet omnis spi
ritus: quos per crucis mysteriũ
saluas rege per scla. Amẽ.

QVltor dei memẽto te fontis
et lauacri rorẽ subijsse san=
ctũ te chrismate innouatum Hac
cũ vocãte somno castũ petis cubi
le frontẽ locũq; cordis crucis fi=
gura signet. Crux pellit omne cri
men fugiunt crucẽ tenebre tali di
cata signo mens fluctuare nescit.
Procul o procul vagantũ portẽ=
ta somniorũ procul esto pernicaci
prestigiatoris haustu. O tortuose
serpẽs q̃ mille per meãdros frau
des q; flexuosas agitas q̃eta corda
Discede xp̃s hic est xp̃s hic est li
quesce signũ quod ipse nosti dam
nat tuã cateruã. Corpus licet fa
tiscẽs iaceat reclĩue paululũ xp̃m

tamē ſub ipō meditabitur ſopore
Gloria eterno patri et chriſto ve
ro regi: paraclyto qꝫ ſancto et nūc
et inperpetuum. Amen.

¶ Ymnica in paſſione ad hoſ. Hymn.

PAnge lingua glorioſi preliū
certaminis: et ſuper crucis
tropheū dic triūphū nobilē qua=
liter redemptor orbis immolat⁹
vicerit. Deparētis prothoplau=
ſti fraude facta cōdolens quando
pomi noxialis morte morſu cor=
ruit: ipſe lignū tunc notauit dāna
ligni vt ſolueret. Hoc op⁹ noſtre
ſalutis ordo depoposcerat: multi
formis proditoris ars vt artē fal
leret: et medelā ferret inde hoſtis
vnde leſerat. Quando venit ergo
ſacri plenitudo tēporis miſſ⁹ eſt
ab arce patris natus orbis cōdi=
tor atqꝫ ventre virginali caro fa=
ctus prodiſt. Glia et honor deo:
vtqꝫquo altiſſimo vna pri filioqꝫ:
inclito paraclyto: cui laus eſt et
poteſtas p eterna ſcla. Am̄. Hym.

LUſtra ſex qui iam peracta tē
pus implēs corporis ſe volē

te natus ad hoc passioni deditus agnus in cruce leuatur: immolandus stipite. Hic acetū fel arundo sputa clauis lancea: mite corpus perforatur: sāguis vnda profluit terra ponthus astra mūdus quo lauātur flumine. O crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis nulla silua talem profert fronde flore germine dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinet. Flecte ramos arbor alta tēsa laxa viscera ⁊ rigor lenteſcat ille quē dedit natiuitas vt superni mēbra regis miti tēdas stipite. Sola digna tu fuisti ferre precium seculi atq; portū ꝑparare nauto mundo naufrago quē sacer cruor perunxit fusus agni corpore. Gl'ia et ho. ⁊c.

¶ Dominica in albis. Hymnus.

O Morus noue hierusalē noua meli dulcedinem promat colens cū sobrijs paschale festū gaudijs. Quo christus inuictus leo draconē surgens obruto dū voce viua personat a morte functos excitat. Quā deuorarat improbꝰ

predã refudit tartarus captiuata te libera iesum sequũtur agmina ¶ riũphat ille splẽdide et dign9 amplitudine soli poliq3 patriam vnã facit rẽpublicã. Ipm canẽdo supplices regẽ ꝑcamur milites vt in suo clarissimo nos ordinet palatio. Per secla mente nescia patri supremo gl'ia honorq3 sit cũ filio et spũ paraclyto. Amen. Hymn9.

AVrora lucis rutilat celũ laudibus intonat mundus exultans iubilat gemẽs infernus vlulat. Cum rex ille fortissimus mortis cõfractis viribus pede cõculcãs tartara soluit a pena miseros Ille qui clausus lapide custodit sub milite triumphãs pompa nobili victor surgit de funere. Soluti iam gemitibus et inferni doloribus: qa surrexit dñs resplẽdẽs clamat angel9. Tristes erãt apostoli de nece sui dñi: quẽ pena mortis crudeli seruui damnarãt impij. Quesumus auctor oim in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu tuũ defende populũ. Gloria

tibi dñe qui surrexisti a mortuis: cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. Sermo.

SErmone blando angelꝰ pre dixit mulieribus: in galileaz dñs videndus est ꝙ totius. Ille dū pergunt cōcite apostolis hoc dicere: videtes eū viuere osculantur pedes dñi. Quo agnito discipuli in galileā propere pergūt videre faciē desideratā dñi. Claro paschali gaudio sol mundo nitet radio: cū xp̄m iā apostoli visu cernunt corporeo. Ostensa sibi vulnera in xp̄i carne fulgida: resurrexisse dominū voce fatētur publica Rex xp̄e clementissime tu corda nostra possidevt tibi laudes debitas reddamꝰ omni tēpore. Quesumus auctor oim in hoc pas. tē. Gloria tibi dñe qui surrexisti. tē.

Sab. in octa. pasce ad ves. hymnꝰ.

AD cenam agni prouidi et sto lis albis candidi: post transituz maris rubri christo canamus principi. Cuius corpus sanctissimū in ara crucis torridu cruore

t.j.

eius roseo gustãdo viuimus deo
Protecti pasche vespere a deua-
stãte angelo: erepti de durissimo
pharaonis imperio. Iaz pascha
nostrũ christus est: qui immolat9
agnus est: sinceritatis azima ca-
ro eius oblata est. O vere digna
hostia per quam fracta sunt tar-
tara: redempta plebs captiuata/
redit ad vite premia. Consurgit
christus tumulo / victor redit de
baratro: tyrannũ trudens vincu-
lo/ et reserans paradisum. Que-
sumus. Gloria tibi dñe. ꝛc. vts.

In ascensione dñi. Hymnus.

Aeterne rex altissime redem-
ptor et fidelium: quo mors so-
luta deperit datur triũphus gre.
Scandens tribunal dextere pa-
tris potestas oim: collata est iesu
celitus que non erat humanitus.
Ut trina rerũ machina celestiuz
terrestriũ et infernorũ cõdita flec-
tant genu iam subdita. Cremũt
videntes angeli versa vice morta
lium: culpat caro purgat caro re
gnat deus dei caro. Tu esto nrm

gaudiū q̄ es futur9 p̄miū sit no
stra in te gloria per cūcta semper
secula. G loria tibi dñe q̄ scandis
supra sydera: cū patre et sctō spi=
ritu in sempiterna secula. Amen.
In vigi. ascen. ad lau. hymn9
C Hriste nr̄m gaudiū ma=
nens olimpo p̄ditū mūdi
regis qui fabricā mundana vin=
cens gaudia. D inc te precantes
quesumus ignosce culpis omni=
bus et corda surſuz ſubleua ad te
superna gratia. Ut cum rubente
ceperis clarere nube iudicis pe=
nas repellas debitas reddas co
ronas perditas. Tu esto nostrū
gaudiuz. ꝛc. G loria tibi domine
qui scādis supra sydera. et supra
In die pethe. ante noct. hy9.
I Am christus astra ascende=
rat regressus vnde venerat:
promissa patris munera sanctuz
daturus spiritum. S olennis vr=
gebat dies quo mystico septem=
plici orbis volutus septies signat
beata tempora. D um hora cun=
ctis tertia repēte mūdus intonat

orãtibus apostolis deum venisse nunciat. De patris ergo lumine decorus ignis almus est qui fida christi pectora calore verbi compleuit. Dudum sacrata pectora tua replesti gratia: dimitte nunc peccamina et da quieta tempora Sit laus patri cum filio sancto simul paraclyto: nobisq; mittat filius cartisma sancti spiritus. Amẽ.

¶ In festo pẽthecostes. Hymn9

Repleta gaudẽt viscera afflata sctõ spiritu: voces diuersas intonãt fantur dei magnalia Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris: cunctisq; admirãtibus linguis loquũtur oim. Iudea nunc incredula vesana torpõ spiritu: ructare musti crepula alĩ nos christi cõcrepat. Sed signis et virtutib9 occurrit et docet petrus falsa profari pfidos iohelis testimonio. Dudũ sacrata pectora. ꝛc. Sit laus pri. vts. Hymn9.

Veni creator spũs mẽtes tuorũ visita / imple supna gra q̃ tu creasti pectora. Qui paracly-

tus diceris donum dei altissimi:
fons viuus ignis charitas et spiri
talis vnctio. Tu septiformis mu
nere dextre dei tu digitus tu rite
promisso pris sermone ditas gut
tura. Accende lume sensibus infun
de amore cordibus infirma nri cor
poris virtute firmans perpetim.
Hostē repellas longius: pacēq;
dones protinus ductore sic te pre=
uio vitemus omne noxiū. Per te
sciamus da patrē noscamus atq;
filiū: te vtriusq; spīm credamus om
ni tpe. Sit laus pri. ꝛc. Hymnus.
BEata nobis gaudia anni re
durit orbita: cū spūs para=
clitus effulsit in discipulos Ignis
vibrāte lumine lingue figurā de=
tulit: verbis vt essent prosui et ca
ritate feruidi. Linguis loquunt
omniū pauent turbe gentiliū: mu
sto madere deputāt quos spiritus
repleuerat. Patrata sunt hec my
stice pasche peracto tēpore sacro
die numero quo lege fit remissio
Te nunc deus pijssime vultu pca
mur cernuo illapsa nobis celitus

largire dona spūs. Mudū sacra-
ta pectora. Sit laus pfi. ⁊c. vis.

¶ In festo sctē trinitatis. Hymn9

Deste sctā trinitas par splē
dor vna deitas: q extas rerū
omniū sine fine principiū. Te ce-
lorū militia laudat adorat ꝓdicat
triplexq; mundi machina / bene-
dicit per secula. Assumus et nos
cernui te adorantes famuli: vota
preceſq; supplicum / hymnis iun-
ge celestium. Unum te lumē cre-
dimus quod et ter idem colimus
alpha et oo quem idem dicimus /
te laudat omnis spiritus. Laus
patri sit ingenito / laus eius vni-
genito: laus sit sctō spiritui trino
deo et simplici. Amen. Hymnus.

O pater sancte mitis atq; pie
o iesu christe fili venerande /
paracleteq; spūs o alme deꝰ eter
ne. Trinitas sancta vnitasq; fir-
ma: deitas vera humanitas im-
mensa: lux angelorū salus orpha
norū: speſq; cunctorū. Seruiūt ti
bi cūcta que creasti et tue cuncte
laudant creature; nos quoq; tibi

psallimus deuote tu nos exaudi.
Gloria tibi omnipotes deus tri=
nus et vnus magnus et excelsus
te decet hymnus / honor / laus / et
decus nunc et in euum. Amen.

¶ In festo corporis xpi. Hymn9

Sacris solennijs iuncta sint
gaudia / et ex pcordijs sonet
pconia recedant vetera noua sint
omnia corda voces et opera. No
ctis recolit cena nouissima / qua
christ9 creditur agnum et azima
dedisse fratribus iuxta legitima
priscis indulta patribus. Post
agnum typicum expletis epulis
corpus dominicu datum discipu
lis: sic totu omnibus quod totum
singulis eius fatemur manibus.
Dedit fragilib9 corporis fercu=
lum: dedit et tristibus sanguinis
poculu dices accipite quod tra=
do vasculu oes ex eo bibite. Sic
sacrificiu istud instituit cui9 offi=
cium comitti voluit: solis presby
teris quibus sic congruit vt su=
ment et dent ceteris. Panis an=
gelicus fit panis hoim dat panis

celitus figuris terminū: o res mi
rabilis mãducat dñm pauper ser
uus et humilis. Te trina deitas
vnaq; poscimus sicut nos visitas
sic te recolim9: per tuas semitas
duc nos quo tendimus ad lucem
quã inhabitas. Amen.

PAnge lingua glorioſi corpo
ris myſteriū ſanguiniſq; pre
cioſi quē in mundi preciū / fruct9
ventris generoſi rex effudit gen=
tium. Nobis datus nobis nat9/
ex intacta virgine et in mũdo con
uerſatus ſparſo verbi ſemine: ſui
moras incolatus miro clauſit or=
dine. In ſupreme nocte cene/ re=
cumbens cum fratribus obſerua
ta lege plene cibis in legalibus/
cibum turbe duodene ſe dat ſuis
manib9. Verbū caro panē verū/
verbo carnē efficit: fitq; ſanguis
chriſti merū et ſi ſenſus deficit ad
firmandum cor ſincerū ſola fides
ſufficit. Tantū ergo ſacramentū
veneremur cernui et antiquū do=
cumentum nouo cedat ritui: pre=
ſtet fides ſupplementū ſenſuū de=

fectui. Genitori genitoq; / laus et iubilatio: salus honor virtus quoq; sit et benedictio proceden ti ab vtroq; compar sit laudatio. Amen.

Hymnus.

VErbum supernū prodiens: nec patris linquēs dexterā ad opus suū exiens: venit ad vite vesperā. In mortē a discipulo suis tradendus emulis: prius in vite ferculo / se tradidit discipulis. Quibus sub bina specie carnem dedit et sanguinē: vt duplici substantie totū cibaret hominē. Se nascens dedit sociū conuescēs in eduliū: se moriens in pretiū / se regnans dat in premium. O salutaris hostia / que celi pandis ostiū: bella premunt hostilia / da robur fer auxilium. Uni trinoq; dño sit sempiterna gloria: q̄ vitā sine termino nobis donet in p̄ria. Amē.

In dedicatiōe ecclie. Hymn⁹.

VRbs beata hierusalē / dicta pacis visio que construitur in celis viuis ex lapidibus et angelis coornata vt spōsata comite

Ecce venies e celo nuptiali thalamo preparata vt sponsata copuletur dño: platee et muri eius ex auro purissimo. Porte nitēt margaritis aditis patentibus et virtute meritorū illuc introducitur omnis qui pro christi nomine hic in mundo premitur. Q unsionib9 pfuris expoliti lapides suis coaptantur locis per manus artificis disponuntur permansuri sacris edificijs. Gl'ia et honor deo vsq; quo altissimo. ꝛc. Hymnus.

Angularis fūdamentū lapis xp̄s missus est q̄ cōpage parietis in vtroq; nectitur: quē syō sctā suscepit in quo credens permanet. Omnis illa deo grata et dilecta ciuitas plena modulis in laude et canore iubilo / trinū deū vnicūq; cū fauore predicat. Hoc in tēplo summe deus exorat9 aduenī et clemēti bonitate precū vota suscipe largā benedictionē hic infunde iugiter. Hic promereantur cīues petita acquirere et adepta possidere cum sanctis perhē-

niter paradisum introire translati in requiē. Gloria et honor deo vsqz quo altissimo. ℟. vt supra.

℣. De dñica ad noctur. Hymnus

PRimo dierū omniū quo mūdus extat conditus: vel quo resurgens cōditor nos morte victa liberet. Pulsis procul torpo ribus surgamus omnes ocius et nocte queramus pium sicut pro phetā nouimus Nostras preces vt audiat suāqz dextrā porrigat/ vt expiatos sordibus reddat po lorū sedibus. Ut quiqz sacratissi mo huiꝰ diei tēpore horis qetis psallimus donis beatis muneret Iam nūc paterna claritas te po stulamus affatim: absit libido sor didans omnisqz actus noxiꝰ Ne feda sit vel lubrica cōpago nostri corporis per quā auerni ignibꝰ/ ipsi crememur acriꝰ. Ob hoc re demptor quesumus vt probra no stra diluas vite perhēnis cōmo da nobis benigne cōferas. Quo carnis actu exules effecti ipsi ce libes; vt pstolemur cernui melos

canamus glorie. Amē. Hymnus

NOcte surgētes vigilem9 om
nes semper in psalmis medi
temur atq3 viribus totis dño ca=
nam9 dulciter hymnos. Ut pio
regi pariter canentes cū suis san
ctis mereamur aulā ingredi celi:
simul et beatā ducere vitam. Pre
stet hoc nobis deitas beata / pa=
tris ac nati pariterq3 sancti spiri
tus cuius reboat in omni gloria
mundo. Amē. Ad laudes hy9.

VOx clara ecce intonat obscu
ra queq3 increpat: pellātur
eminus somnia ab ethere christ9
promicat. Mens iā resurgat tor=
pida que sorde extat saucia: syd9
refulget iā nouū vt tollat oīe no
xiū. Et surſuz agnus mittit lauare
gratis debitū: oēs pro indulgen
tia vocē demus cū lachrymis Se
cūdo vt cū fulserit mundūq3 hor=
ror cinxerit: nō pro reatu puniat
sed pius nos tunc ptegat. Laus
honor virt9 glia. ⁊c. vts. Hymn9

ETerne rerū cōditor noctem
diēq3 qui regis: et tempor=ū

das tpa vt alleues faſtidiū. Pre-
co diei iaz ſonet noctis profunde
peruigil nocturna lux viātibus a
nocte noctē ſegregās. Hoc exci
tatus lucifer ſoluit polū caligine
hoc ois errorū chorus viā nocen
di deſerit. Hoc nauta vires colli
git: pōtiqz miteſcūt freta: hoc ipa
petra eccſie canēte culpā diluit.
Burgamus ergo ſtrēnue gallus
iacētes excitat: et ſomnolentes in
crepat / gallus negantes arguit.
Gallo canēte ſpes redit egris ſa
lus refundit: mucro latronis con
ditur / lapſis fides reuertit. Ieſu
labētes reſpice z nos vidēdo cor
rige: ſi reſpicis lapſus cadūt fle-
tuqz culpa ſoluit. Qn lux refulge
ſenſib9 mētiſqz ſomnū diſcute: te
nra vox primū ſonet z vota ſolua
mus tibi. Deo patri. ℟. Hymn9

Ecce iā noctis tenuat vmbra
lucis aurora rutilās chorus-
cat: niſibus totis rogitemus om
nes cunctipotentē. Qt deus no-
ſter miſerat9 oēm pellat languo-
rem tribuat ſalutē donet z nobis

pietate pfis regna polorũ. Q ue-
stet hoc. ꝛc. ¶ Ad prima Hymn⁹

IAm lucis orto sydere deum
ꝑcemur supplices: vt in diur
nis actibus nos seruet a nocenti
bus. Ut linguã refrenãs temperet
ne litis horror insonet visum fo-
uendo cõtegat ne vanitates hau-
riat. Sint pura cordis intima ab
sistat et vecordia: carnis terat su-
perbiã potꝰ cibiq; parcitas. Ut
cum dies abscesserit / noctẽq; sol
reduxerit mundi per abstinentiã
ipsi canamus gloriã. Deo patri
sit gloria. ꝛc. ¶ Ad tertiã. Hymn⁹

NUnc sancte nobis spũs vnũ
patri cũ filio dignare prom
ptus ingeri nostro refusus pecto
ri. Os lingua mẽs sensus vigor:
confessionẽ personẽt: flammescat
igne charitas accẽdat ardor pro
ximos. Questa pater piissime pa-
triq; cõpar vnice: cũ spiritu para
clyto regnans per omne seculum
Amen. ¶ Ad sextam. Hymnus.

REctor potẽs verax deus / q̃
tẽperas rerũ vices: splẽdo-

re mane instruis et ignibus meri
die. Extingue flāmas litiū aufer
calorem noxiū: confer salutē cor=
porum/verāq; pacē cordiū. Per
ista pater. ꝛc. ¶ Ad nonā. hymn9

HErum deus tenax vigor im
motus in te permanens: lu=
cis diurne tēpora successibus de
terminās. Largire clarū vespe=
re quo vita nusq; decidat: sed pre
mium mortis sacre perhēnis in=
stet gloria. Per eūdē. ꝛc. vt s.
¶ Feria secūda ad noct. hymn9

SOmno refectis artub9 spre=
to cubili surgim9: nobis pa=
ter canentibus adesse te deposci=
mus. Te lingua primū cōcinnat
te mentis ardor ambiat: vt actuū
sequentiū tu sancte sis exordium
Cedant tenebre lumini et nox di
urno syderi: vt culpa quā nox in=
tulit lucis tabescat munere. Per
camur idem supplices / noxas vt
omnes amputes: et ore te canen=
tium laueris in perpetuū. Per
ista pater pijssime. ꝛc. vt supra.
¶ Ad laudes. hymnus.

Splendor paterne glorie/ de luce lucē proferēs: lux lucis et fons luminis/ dies diē illuminans. Veruſq; ſol illabere/ micans nitore perpeti: iubar ſancti ſpiritus infunde noſtris ſenſib9. Votis vocem9 te p̄em p̄em per hēnis glorie: pater potētis gr̄e/ culpā religet lubricā. Informet actus ſtrennuos dentē retundat inuidi: caſus fecūdet aſperos donet gerendi gr̄am. Mentē gubernet et regat caſto fideli corpore: fides calore ferueat fraudis venena neſciat. Chriſtuſq; nobis ſit cibus potuſq; noſter ſit fides leti bibamus ſobriam ebrietatē ſpiritus. Detus dies hic tranſeat pudor ſit vt diluculū: fides velut meridies crepuſculū mens neſciat. Aurora curſus proueh̄it/ aurora totus prodeat: in patre totus filius/ et totus in verbo pater. Deo patri ſit gloria. ⁊c. vt ſupra

Feria. iii. ad noctur. Hymnus

Donſors paterni luminis lux ipſe lucis ⁊ dies: noctē canē

do rūpimus/assiste postulātibus
Aufer tenebras mentiū/ fuga ca
teruas demonū: expelle somnolē
tiā ne pigritātes obruat. Sic xpe
nobis oibus indulgeas credenti
bus: vt psit exorātib9 qđ precinē
tes psallimus. Oresta pater. ā.

¶ Ad laudes. Hymnus.

ALes diei nuncius lucem pro
pinquam cecinit/ nos excita
tor mentiū: iam christus ad vitaz
vocat. Affert clamat lectulos/
egros sopore desides: castiqz re=
cti ac sobrii vigilate iā sum proxi
mus. Resūsciamus voctb9/ flēte
precātes sobrie: intenta supplica
tio/ dormire cor mundum vetat.
Tu christe somnū discute tu rum
pe noctis vincula: tu solue pecca
tum vetus nouūqz lumen ingere/
Deo patri sit gloria. ā. vt supra

¶ Ad ter. sine ad noctur. Hymn.

RErū creator optime rector=
qz noster aspice: nos a cete
noxia mersos sopore libera. Te
sancte christe poscim9 ignosce tu
criminib9: ad cōfitendū surgim9

moraſq; noctis rūpim⁹. Tentes manuſq; tollimus prophęta ſicut nouimus: nobis gerēdū præcipit pauluſq; geſtis cenſuit. Videes malū qđ geſſimus occulta noſtra pandimus: preces gemētes fundimus dimitte quod peccauim⁹.

Preſta pr̄. vtſ ¶ Ad laud. Hym⁹.

LUx et tenebre z nubila cōfuſa mundi turbida: lux intrat albeſcit polus chriſt⁹ venit diſcedite. Caligo terre ſcinditur percuſſa ſolis radio: rebuſq; iā colorē redit vultu nitentis ſyderis. Te chriſte ſolū nouimus te mēte pura et ſimplici: flendo canendo q̄s intende nr̄is ſenſibus. Et int multa fuſis illita que luce purgentur tua: tu lux eoy ſyderis vultu ſereno illumina. Eo patri. vt ſupra.

¶ Feria. v. ad noctur. Hymnus.

LUx atra rerū conteglt terre colores omniū nos confitentes poſcim⁹ te iuſte iudex cordiū Ut auferas piacula ſordeſq; mentis abluas: donecq; chriſtus gratiam vt arceantur crimina: Mens

ecce torpet impia quā culpa mor det noxia: obscura gestit tollere z te redemptor querere. Repelle tu caliginem intrinsecus q̄z maxi me vt in bt̄o gaudeat te collocare lumine. Presta pater. vt supra.

¶ Ad laudes. Hymnus.

LUx ecce surgit aurea pallēs fatiscat cecitas q̄ nos in pre tes diu errore traxit deuio. Nec lux serenuz conferat purosq̄ nos prestet sibi: nihil loquamur sub dolum voluamus obscuruz nihil. Sic tota decurrat dies ne lingua mendax nec manus: oculi nec pec cent lubrici nec noxa corpus in quinēt Speculator astat desuper qui nos diebus omnibus actusq̄ nostros prospicit a luce prima in vesperū. Presta pater. vt supra.

¶ Feria tertia ad noctur. Hymn⁹

O Trinitatis vnitas orbem potenter qui regis: attende laudū cātica qui excubātes psalli mus. Dum lectulo cōsurgimus noctis q̄eto tēpore: vt flagitemus vulnerū a te medelā omniū. Quo.

fraude quicqd demonū in noctibus deliquimus: abstergat illud celitus tue potestas gloriē. Ne corpo assit sordidū nec torpor instet cordiū: nec criminis cōtagio tepescat ardor spiritus. Ob hoc redēptor qs reple tuo nos lumine: per qd dierum circulis nullis ruamur actibus. Presta pr̄ pijssimeꝛs. ¶ Ad laudes. Hymnus.

ETerna celi gl̄ia btā spes mor taliū: celsi tonātis vnice castecꝫ proles virginis. Ma dextera surgentibus exurgat et mens sobria: fragransqꝫ in laudem dei grates repēdat debitas. Ortus refulget lucifer sparsamqꝫ lucem nunciat: cadit caligo noxium lux sācta nos illuminet. Manēsqꝫ nostris sensib9 noctē repellat seculi omniqꝫ fine diei purgata seruet pectora. Quesita iam primuꝫ fides radicet altis sensib9: secūda spes cōgaudeat quo maior extat charitas. Deo patri sit gloria eiusqꝫ soli filio cū spiritu paraclyto. ¶ Ad horā ad noctur. Hymnus

Summe deus potētie mūdiq; factor machine: vnus potentialiter trinusq; personaliter Nostros pius cū canticis fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus te perfruamur largius. Nūbos iecurq; morbidū adure igne cōgruo: accincti vt sint perpetim luxu remoto pessimo. Vt quiq; horas noctiū nūc cōcinendo rūpimus donis beatis patrie ditemur omnes affatim. Presta pater. vtg

Ad laudes. Hymnus.

Aurora iam spargit polū terris diesillabitur: lucis resultat speculū discedat oīe lubricū. Fantasma noctis decidat mētis reatus subruat: quicqd tenebris horridū nox attulit culpe cadat. Vt mane illud vltimū quod prestolamur cernui in lucē nobis effluat dum hoc canore concrepat. Deo patri sit gloria eius. ⁊c. vtg.

In dieb9 do. ad vespas. Hy9.

Lucis creator optime lucem dierū proferēs: primordijs lucis noue mūdi parans originē

Qui mane iunctum vesperi diem
vocari precipis: tetrū chaos illa
bitur audi preces cū fletib9. Ne
mēs grauata crimine vite sit exul
munere duz nil perhenne cogitat
seseqz culpis illigat. Celorū pul=
set iutimū vitale tollat premiū: vi=
tem9 omne noxiū purgemus oīne
pessimū. Oresta pr̄ pijssime. vts.

℣ Feria secūda ad vespas. ℍymn9

Almense celi cōditor qui mi
xta ne cōfunderent: aque flu
enta diuidens celū dediſti limitē
Firmans locū celestibus simulqz
terre riuulis vt vnda flāmas tēpe
ret: terre solū ne dissipet. Infun=
de nunc pijssime donū perhennis
gratie: fraudis noue ne casibus
nos error atterat vetus. Lucē fi
des inueniat sic luminis iubar fe
rat: hec vana cuncta terreat hanc
falsa nulla comprimāt: Oresta pa
ter pijssime pr̄iqz cōpar vnice. vts

℣ Feria. iij. ad vespas. ℍymnus

Celluris ingēs cōditor mun
di solū qui eruens pulsis a=
que molestijs terrā dediſti immo

dilem. Ut germen aptū proferēs
fuluis decora floribus fecūda fru
ctu sisteret pastūq; gratum redde
ret. Mentis peruste vulnera mun
da virotis gratia: vt facta fletu di
luat motusq; prauos atterat. Lu
sis tuis obtemperet nullis malis
approximet. bonis repleri gaude
at et mortis actuq; nesciat. Pre
sta pater pijssime. ℟c. vt supra.

Feria. iiij. Ad vespas. Hymn9

Celi deus sanctissime qui lu=
cidum centruq; poli candore
pingis igneo augens decoro lu=
mine. Quarto die qui flammeam
solis rotam constituens lune mi=
nistrans ordini vagos recursus
syderum. Ut noctibus vel lumini
direptionis terminuq; primodijs
et mensium signū daret notissimū
Illumina cor hominum absterge
sordes mentium: resolue culpe
vinculum euerte moles criminuq;
Presta pater pijssime. ℟t supra.

Feria. v. ad vespas. Hymnus.

Magne deo potentie q̄ ex aq̄s
ortū genus: partim remittis

gurgiti partim leuas in aera. Di
mersa limphis imprimens subie-
cta celis irrigās vt stirpe vna pro
dita diuersa rapiant loca. Largi
re cunctis seruulis quos mūdat
vnda sanguinis: nescire lapsū cri
minum nec ferre mortis tedium.
Vt culpa nullum deprimat nullū
leuet iactantia: elisa mens ne con
cidat elata mens ne corruat. Pre
sta pater pijssime patrīq; ☞. vtq.

Feria. vi. ad vsp̄as. Hymnus.

Plasmator hois deus q̄ cun-
cta solus ordinans: humū in
bes producere reptantis et fere
genus Qui magna rerū corpora
dictu iubentis viuida: vt seruant
per ordinē subdēs dedisti homi-
ni. Depelle a seruis tuis quicq̄d
per immūditiā: aut moribꝰ se sug
gerit aut actibꝰ se interserit. Da
gaudiorū premia da gratiarū mu
nera: dissolue litis vincula astrin
ge pacis federa. Pre esta p̄ pijssi.
Hic sequēs hymnꝰ dicit ad vesp.
in sabbatis a. Dñe ne in ira. vsq;
ad. xl. quādo de dñica agit. Hymꝰ.

DEus creator oim polioq; rector vestiens: diē decoro lumine noctē soporis gratia. Vt9 solutos vt quies reddat laboris vsui: mēteſq; fessas alleuet luctuſq; soluat anxios. Gratis peracto iam die et noctis exortu preces: votis reos vt adiuues hymnū canentes soluimus. Te cordis ima cōcinant te vox canora concrepet te diligat casto amor te mēs adoret sobria. Ut cū profundo clauserit diem caligo noxiū: fides tenebras nesciat et lux fidei luceat. Dormire mentē ne sinas dormire culpā noueris: castos fide refrigerās somni vaporem temperet. Exuta sensu lubrico te cordis alta somniēt: ne hostis inuidi dolo pauor quietos suscitet. Christus rogemus et patrē xpi patriſq; spiritū vn9 potēs per oia foue precātes trinitas. Amen. ¶ Sequens hymn9 dr in sab. ad vesp. De9 oim vlqz ad aduē dñi qñ de do. agitur

O Lux btā trinitas et principalis vnitas: iā sol recedit igne

tis infunde lumen cordibus. Te
mane laudum carmine te deprecamur vesperi te nostra simplex gloria per cuncta laudet secula. Deo patri sit gloria eiusq; soli filio. pts.
¶ Ad completorium in festis trium et nouem lectionum dicit sequens hymnus. Te lucis ante terminum Require. vt supra. Ad completorium in festis duplicibus. Hymnus.

SAluator mundi dñe qui nos saluasti hodie: tu hac nocte nos protege et salua omni tempore. Adesto nunc propitius et parce supplicantibus: tu dele nra crimina tu tenebras illumina Ne mentem somnus opprimat nec hostis nos surripiat: nec vllis caro petimus cõmaculetur sordibus. Te reformator sensuum votis precamur cordium: vt puri castis mentibus surgamus a cubilibus. Deo patri sit gloria. pts. ¶ Dñica prima vel. Ad cõple. dr. sequens. Hymn9.

CHriste qui lux es et dies noctis tenebras detegis: lucisq; lumen crederis lumen beatum

predicans Oremus sancte dñe defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies quietã noctẽ tribue. Ne grauis somnus irruat nec hostis nos surripiat nec caro illi consentiens nos tibi reos statuat. Oculi somnũ capiant cor ad te semper vigilet: dextera tua protegat famulos q̃ te diligũt. Defẽsor noster aspice insidiãtes reprime: guberna tuos famulos quos sanguine mercatus es. Memẽto nostri domie in graui isto corpore qui es defensor anime adesto nobis domine. Deo patri sit gloria eiusq; soli filio. vts. Ad cõpletoriũ in tpe paschę. Hymnus.

